

bus suis ex Arabia istuc commigraverunt, propriam  
sibi nuncupationem vindicant. Suntque ديار بكر Diár Bevr ديار مضر Diár Modzär ديار رجعه Diár Rabea ; quarta ديار الجزيرة Diár Algiezíra , insulae nomine totius , sive absolute Algiezíra sc. proprie dicta. Pars Diár Bevr regio est à Tigris Occidentalí latere protensa per montes Nisibis , terminos planicie non excedens ; Diár Modzar fere in planicie est posita circa occiduas partes Euphratis ; Diár Rabea , quæ medio loco inter urbem Mausil , de qua hic agetur, Chabour & Rasō-lain , de qua postea ; Diár Algiezíra , quicquid Mesopotamiæ reliquum est extra trium dictatum limites. Initio quidem Arabes illi , mere campestres fuere & scenitæ ; sed paulatim oppidis quoque & pagis consuevere : ita ut ديار حاضرة , quasi *Campo-oppidani* appellantur apud A-bulfedam. Fuit & provinciæ cujusque metropolis sua ; sc. primæ Amîd , juxta alios , Mia Farekin , Cedreno & Zonaræ Martyropolis dicta ; Secundæ Rakka , Aracta vulgo , post describenda ; tertiaræ Nisibin i.e. Nisibis : denique Metropolis quartæ habetur ipsa hæc nostra Mausil ; urbs magna & ampla , in occidentali ripa Tigris extans ; juxta meliores hac parte auctores sub latitudine 36. & 50. circiter minut. Bagdado Orientalior grad. 3. & minut. quasi 15. exstructa in plano , quo interrupitur montosus oræ Tigritanæ tractus ; cui haud procul adjacet desertum سنجار Singâr , de qua pag. 72. Et quia ab aliis multis Mesopotamiæ , Asyriæ , Mediae partibus commodum habet aditum atque ad eas accessum , inde nomen hoc Mausil illi esse inditum quidam volunt , ut quod *aditus* sive *conjun-*

*ctionis locum sonat*; ideoque ob excellentiam Articulo insignitur. Muro quondam gemino cincta fuit, quem Damasceno majorem suo etiam tempore superstitem, at partim dirutum cum ipsa arce, memorat Abulfeda. Quando A. H. 659. صاحب الموصى *Mauseli Dominus erat Almelic Assalich Ismaël*, frater Alao-ddini Loulou domini ditionis Singiär, Christianorum præcipios & magnates بلاد ديموي oppidi Ninive, novi scilicet, antiqui ruderibus superstructi, quod è regione Mausili in orientali Tigris ripa situm habet, eidem subjectum, interficere proposuisset, ut Abu'lpharagius narrat; anno sequenti Helacou, Tatarorum Rex, quasi Christianis favens, Mausilum vehementi facta obsidione expugnavit.

Principem Ismaëlem cum filio necari jussit, urbem diripi, incolas abduci captivos, præstantiora vastaria ædificia, magnamque dejici partem murorum. Ita Chronicon Ibn Habil. Neque tantum ad Mausili ditionem Ninive Transtigritana pertinet, ut dictum est, sed quoque inter ejusdem tractus montes situm حصن الرمان الشوش Castellum Xonj: unde denominata mala punica laudantur. Quin & regio tota هكلار Hecçär, circa insulam Omar & montes Mausilum à Borea spectantes, quæ cognominem urbem & complures pagos comprehendit, habitata Curdis. Est & أصنه ينHaditza, i. e. recens noviter structum nomine oppidum Iracæ, quod & حصن الموصى Haditza Mausili dicitur, ut ab altera distinguitur Euphrate circumflua. Idéoque Haditza ad Eupratem, una parasanga distans ab Anbâr. Haud longe à priori Haditza, apud oppidum antiquum dirutum-

tumque اَتُور Atur sive *Affur*, influit in Tigrim fluvius  
 بَلْدَ زَاب Zabus, & quidem الاصغر او الاسفل minor sive inferior, qui è montibus Xahrozour procedit, inter اَرْبَل Irbil, uti efferunt, id est, Arbela Assyriæ, oppidum  
 فيetus & collapsum, & aliud nomine دَقْوَقَة Dakouka. Bidui inde itinere abest alter Zabus (qui Lycus veterum est, ut ex Strabone libr. xv. sub initium con-  
 stat) sc. major sive superior, qui ob præcipitem cursum المَجْنُون furens nominatur, originem habens ex eo tractu, qui est inter idem oppidum Irbil, & ipsum Mausilum. Sunt autem fluvii Zabi alii duo, inferior atque superior, qui inter Wasith & Bagdâd in Ti-  
 grim se effundunt teste Iac. de Aturia, Arbelis & Za-  
 bo multa egregie differit eruditissimus Bochartus in  
 præclaro illo opere, quod Phaleg inscripsit. Quod  
 de Mausilo testatur Abulfeda, partem ejus modo ter-  
 tiam suo ævo habitatam fuisse, idem hodieque refer-  
 tur, Mausilum quod nunc exstat, non majus esse ter-  
 tia parte antiqui illius, quod olim & tempore Alfer-  
 gani fuit; multo tamen Assyriæ & vicinarum regio-  
 num commercio frequentatum. Unde fit ut gallarum  
 optimæ, quæ Xahrozouricæ sunt, Mausilenses vo-  
 centur.

بلد Beleda, Beled etiam بلاد Belath Iac.] Mesopota-  
 miæ quoque oppidulum parvum, ut apud Abulfedam  
 describitur, in regione Diâr Rabœa, Tigris Occi-  
 dentali etiam ripæ impositum, septem vel, secundum  
 alios, sex parasangis supra Mausil, id est, septentrio-  
 nem versus, in ea Mausili peculiari regione seu cam-  
 po, qui دَقْعَة Bakâd dicitur, Nisibin ducens, primario  
 suo notus oppido بَرْكَائِد Berkâid; de cuius quatuor

portis una erat باب بلد *Porta Beledina*, ut ex qua Beledum iretur. Hoc ipsum autem Beledum multi celebrant Geographi, quod ibi fuerit propheta Jonas fil. Mattæ; & ob vicinam Niniven etiam addere quidam audent, eundem huc è piscis ventre fuisse ejetum, atque inde nomen بلط Belath urbi esse datum, teste Jacut: Verius hic vocatur مشهد, locus martyrii, ut appellant, Omaris fil. Hosein, fil. Alis, fil. Abu Thalib, &c, quæ hinc prodiit, virorum tradendis Muhammedis dictis factisque apud ipsos celebrum multitudo; quorum plures octodecim enumerat Jacutus. Porro hoc ipsum Beled, proprium loci nomen (nam ut appellativum plurima notat) designat quoque oppidulum in tractu fluvii دجلة Dugjeil, ac si Tigrilum dicas, qui supra Bagdadum circa Samerram influit in Tigrim. At cum articulo السبلة Albeled urbs Mavaranahræ est, eadem quæ نسف Nefef, inter flumen Oxum & Samarcandum: item i.q. كرج Keregj, oppidum inter Isphahân & Hamedân: denique idem cum مرورو Mervaruda, de qua actum est pag. 182. Hæc nostra multis scriptoribus cum adjecta nominatur (discriminis ergo بلد الخطب Beledo-lhatab pro quo الخطب habet Abulfedæ codex alter.

نضيبون Nisibyn, scribe cum Abulf. Nesibin ] Urbs Mesopotamiæ olim præstantissima, provinciæ Diâr Rabeæ caput; mansionibus tribus à Mausil dissipata in occasum, Græcis & Romanis Nisibis dicta: apud Stephanum quoque Nasibis & Nesibis; qui addit hoc nomen, auctore Philone Syris notare columnas, Uranio Phœnicibus congestos acervos. Utique נסיב eodem modo ac Arabice scriptum, plurale est: quapropter, teste

teste Camousio, etiam **نصبون** dicitur. Et sicuti nomen illud singulare Hebr. Chald. Arab. *Stationis firme & fixae* significationem habet, ita Nisibin per se stationes & præsidia, vel *stationarios & præsides* notare manifestum est; ut *talium* potius, quam *columnarum* urbs designari videatur. Namque Nisibis civitas in confinio quondam fuit regni Romanorum & Persarum; Romanis paruit & vectigalis fuit. *Nisibis inde à Mithridatici regni temporibus,* inquit Marcellinus lib. 25, ne Oriens à Persis caperetur, viribus restitit maximis. Aliquando tamen & in Persarum devenit potestatem, utrisque valida pro se, modo hisce modo illis, ibi collocantibus præsidia. Ita forte & ante illa tempora apud alios factum fuit. Et quæ Ptol. describitur Mesopotamiae provincia Acabene, quæ ad Tigris partes vergat, haud improbabile est hanc eandem esse cum **أكاد** (*b* enim & *d* facilis est permutatio) Gen. x. 10. ad quam pertinuerit Nisibis. Estque borealior quam urbs Singiār, Singara Ptol. quæ in medio deserti Diār Rabeæ posita prope fertilē montem, etiam tribus mansionibus à Mausilo in occidentem. Adjacet autem Nisibi ad septentrionem mons magnus & excelsus, Tauri pars, qui ulterius ad sept. exorrectus dicitur Niphates, ubi fontes sunt Tigris. Qua parte Nisibi propinquus Masius vocatur Straboni lib. xvi. eodemque nomine, nempe Massis, vicini Armenii vocant montem Ararat, in quo, decrescente diluvio constituit arca Noachi. Idem ille & Gordiæus mons appellatur, sive Gordiæorum, qui vicini & eidem sunt cum Curdis, uti pag. notatum; quod nomen cum **كردي** Curdi sive *Giurdi* sit, & Arabibus **جردي** Giurdi sonare.

sonare beat: in veterato tamen errore factum est, ut جوادي Gioudi scribatur legaturque fere ubique. Ex eodem monte descendit fluvius هرماس Hirmás urbem præterfluens, Straboni & aliis Mygdonius: quemadmodum ipsa Nisibis Antiochia Mygdonia nuncupata à Macedonibus, quod sita esset in ea regione, quæ illis videretur similis Mygdoniæ suæ. Nisibin à Romanis structam narrat Jacutus (quod munitam interpretari malim) quippe antiquorem fuisse Chaldaicum nomen ante explicatum arguere videtur, & Clariss. Pocockii Eutychius tradit conditam ab Habib, conjuge sacerdotis Giebel, Synchroni Abrahamo Patriarchæ; auctam vero & ornatam ab Anuxirwano Persarum Rege, postquam Romanis eripuisset. Adit Jacutus suo etiam tempore cum circum urbem, tum in circumjacentibus pagis quadraginta hortorum millia fuisse: & Hamdalla ambitum muri, quem tunc haberet, 6500. passibus definit. In describenda Nisibin urbe peculiaria duo & longe inter se dissidentia notant Scriptores plerique: quorum unum est, suavissimum albæ rosæ genus, nullum tota ایران Irân simile habens, quod inde Nisibinicum vocant. Sed ita, licet minus verisimile videatur, ut nulla ibi proveniat rubra: alterum est exosum scorpionum genus, quo vix aliud magis lethale. Eos primum ab Anuxirwâni, cum obsideret urbem, ex Xahrozuri vico طبرادشان Thairanxâh petitos, cistisque inclusos machinis in urbem injectos fuisse narrat Jacutus: Infestare quoque solitas culices & locustas telesmate quodam velut fascinatas fuisse, ut nocere non possent, adjicit Hamdalla: sed cum Josephi Saladini tempore in-  
stau-

staurare murum vellent, repertas ibi serias quasdam, persuasi thesauros esse, recluderent, insectis illis plena invenisse; atque exinde veterem noxam hactenus inhibitam, de novo invaluisse. Hoc nostro tempore totam pene collapsam esse Nisibin, ab iis, qui reliquias spectarunt, accepi. Nomen gentile à نصبيّ نصبي Nesibinus; sed etiam velut à نصبيّ Nesib sing. نصبيّ Nesibus teste Jacut. Cæterum est & aliud Nisibin oppidum satis magnum ad Euphratem, quod discriminis ergo نصبيّ الرؤوم Nesibin Romaeorum vocatur, ut quod ab Harān ad Romæas ditiones transeunti post tertiam stationem occurrit.

امد Amida. Ita & Marcellino & Procopio, ac aliis ex Latinorum vel Græcorum numero vetustioribus dicta Mesopotamiæ urbs; Arabibus autem Amid sive Amido; minus recte Europolatæ Emet, prout apud eorundem temporum scriptores etiam major occurrit proprietum nominum detortio. Tribuitur illa quidem à Geographis plerisque omnibus provinciæ Diarbeccr: à Geographo tamen Nubiensi & Hamdalla referatur ad Rabæam. Sita est in Tigridis ripa, unde quoq; على دجلة amid ad Tigridem vocatur Abulfedæ, qui cum aliis Geographis eandem collocat in occidentali ripa; mendose orientali Arabum habent quædam exemplaria. Tigris ex Tauri montis, qui à septentrio- ne Mesopotamiam ab Armenia disternat, excelsa parte, Armeniis Hoquet swang i. e. spirituum mansione dicta; ubi ipsius quasi principium ponunt vicinæ gen- tes, quamvis fontes ultra montem superius ad boream siti primo juxta Abulfedam, in Fluminum descriptio- ne, per montosos utrinque tractus ad Amidam dedu- citur,

citur, quam anfractu factō subluit; hinc fertur ad حصن كفاف، vulgo *Hasn Keef* pronunciant, tum ad Insulam Ibn Omar, tum ad Beled supra dictum, & ad Ticrit, deinde ad Surro menrā sive Samerram expositam quoque ante. Urbs ipsa à plerisque prope à trigesimo octavo posita latitudinis gradu, occidentem versus Mesopotamiæ plana aspicit, æquabili & ipsa solo frugifero fructiferoque gaudens, ita tamen ut vicinos habeat tumulos quosdam, & exstructa sit elatiore ac petroso loco. Intra urbem fontes copiosi exstant, atque in mediterraneo ejus firmissimum Castellum. Cum descriptione hac ab Orientalibus tradita optime convenit illa, quam Marcellinus dedit libr. xvi i i. circa finem. Nam quod ibi innuitur prope Amidam erumpere Tigrim, non de ipsis hoc intelligendum fontibus, qui in Armenia existunt, sed de illa, quam dixi ex monte Taurum obumbrante, quasi ex conspicuo, ipsius emersione. Ita etiam, quod Nymphæo amni esse vicinam scribit, cum eundem Martyropoli proximum 300. stadiis distare ab Amida tradat Procopius primo Persic. id accipiendum de Nymphæi principio. Docet vero Abulfeda, citato ante loco, propè ميافارقين Meyafarekin, Tauro monti & Armeniæ vicinorem, quam Cedrenus aliquie Martyropolin interpretantur, oriri stuvium باسلنفا Baslinpha; eumque in Tigrim labi duabus supra Ticrit parasangis: quapropter, cùm intermedio loco sita sit Amida, non potest ipsa à fluvii ipsius alveo adeo longe abesse. Quem vero flumen Arabes vel Syri Baslinpham vocant, cum eo, qui Græcis & Latinis Nymphæus dicitur eundem esse, ex circumstantiis satis patet. Testatur quoque Mar-

Marcellinus, *Amidam civitatem olim perquam brevem, ut accolae suffugium habere possent firmissimum, à Cæsare Constantio turribus circumdatam fuisse amplis & mænibus &c. Suoque nomine voluisse appellari.* Unde factum videtur, quod ante obscura, ab eo inde tempore celebrari cœperit Amida. Et quemadmodum olim præsidio valido contra Persas sive Parthos à Romanis instructa fuit; ita etiam deinceps præstigit adversus Transtigritanos hostes similem usum. Sic & ipso in Camusio legitur امدا بلدة باللغة Amida oppidum est in collimitaneis contra hostem præsidiis. Et quidem anno Heraclii xxix. cum illam possiderent Romani, captam fuisse scribit Cedrenus à Jado, Saracenorū sive Arabum duce (qui est pro elato δ) uti quoque memoratum Græcis & Romanis, celebre illud munitumque oppidum Daras, quod ١٥ est Abulfedæ. Porro referunt Geographi fere omnes, muros urbis lapide constare tantæ duritiae, ut nec ferro, nec igni cedat; colore eosdem esse nigricante. Atque hinc est quare قرآن Karâ Amid, id est, Turcice *nigra Amida*, vocitata fuerit, postquam in regis Turcarum Selimi potestatem venit, Persarum regi Xâh-Ismaël erepta anno Higzræ 921. Et cum primariae provinciæ Diarbœcr nomine & ipsa & Mesopotamia universa celebrantur. Ibi, in ea, inquam, urbe, sedem habet Mesopotamiæ شاش Paxā, satrapa, sive بکلریک Begler beg, dominorum dominus, seu præfectorum præfectus, provinciarum nempe prætor, ut cui subjecti sint duodecim صنجاق Sangiâki, suæ quisque ditionis præses, cum suis Timariotis, militibus nimirum, quibus مارم پنجهخا, i. e. pro honorario stipendio agri

asligantur. Muri etiam hodie integri visuntur, firmi & magni, sex vel septem M. pass. circuitu: contentæ domus juxta Turcarum & populi illius morem massæ terrea fabricatæ, seu crudo latere, quod opus tamen sati firmum est. Supersunt & lapideæ templorum struæturae, quæ dicata quondam religioni Christianæ, nunc Muhammedanæ serviunt: non tamen Christiani defunt, Armenii imprimis & Assyrii Jacobitæ. Falluntur vero, ut hoc quoque addam, qui existimant Amidanum esse eandem cum Ammœa Ptolemæi, utpote quam ille mediterraneis accenset; comparari potius cum ipsius Doberta posset, quam urbium juxta Tigrim maxime borealem ponit, qualis etiam est Amidanæ situs.

رأس العین، *Raso-laina*، Et plerisque sine Articulo راس عین *Râsain* seu *Raseinum*. Ut celebris, & Geogr. Nub. aliisque etiam tanquam magna, civitas recensetur inter Mesopotamiæ alias; in plano sita, in regione Diár Rabæa, & simul in primo tractu Diár Modzar Jacuto & Abulfedæ, apud quem tamen *Geographus Semâni* dictus eandem ad Diár Beccr refert, & alias, nempe Ibn Atzîr ad Algiezîram proprie dictam. Ex quibus colligere licet, à quatuor earundem regionum confiniis locum hunc non procul abesse. Äequali trium mansionum juxta Abulfedam, seu 15. parasangarum juxta Jacutum, intervallo & à Nisibi & ab Harrân si-  
ve Charris dissipata, & tertia fere parte propinquior celebri etiam oppido، دنيسir *Duneisir*. Mediterranea urbs est, Euphratem inter & Tigrim, quam esse eandem existimo cum *Risina* Ptol. seu *Resina* Stephani. Nam præter nominis utriusque, Arabici *Rasein*, & Græci *Resina*, pro diverso eloquendi modo, nec adeo dissimi-

milem, quæ utriusque à suis tribuitur, longitudo & latitudo, ipsa Steph. verba hoc ipsum arguere videntur, asserentis, Resinam esse urbem circa fluvium Aboram; quæ Chabora Ptolemæo est, uti <sup>الخابور</sup> Arabibus, & נְצָרָה Ezech. cap. 1. Hunc vero fluvium ex plurimorum fontium concursu prope Raseinum existere vicinarum gentium omnes testantur Geographi, Arabes, Syri, Persæ. Quapropter & hoc nomine urbs appellata videtur, quasi *caput fontis*, aut *caput fluminis ex fontibus constans*: sive Græcorum Resina ab Arabibus ita fuerit ipsi accommodata rei, sive contra vox Rasein Arabica vel Syra à Græcis pro more suo in lenius inflexa. De Fontibus illis, quorum multitudinem vel ad ter centum extendi scribunt, quatuor sunt præ cæteris insignes & suis nominibus distincti: nempe <sup>عين الهاشمية</sup> Fons Sarrâr, <sup>عين الاس</sup> Fons Alâs, <sup>عين الصراف</sup> apud Jacutum Fons Haximæus, <sup>عين الظاهرية</sup> Fons Zahreus, quasi floridus, qui esse præcipuus videtur, atque inde oppidum Raseinum quoque <sup>عين ورن</sup> dici, quo etiam nomine celebrari solet, teste Abulfeda & aliis. De eorundem fontium primo memorant Scriptores, tam claras ejus esse aquas, ut, quæ in fundo ejus, alto licet, posita sunt, cernantur distincta admodum & propinquæ: & cum aliquando ibi versaretur Chalifa Mutawackil, animi recreandi ergo, in eundem fontem projicienda curasse decem millia dirhem, sive statrum, qui ad unum omnes ab incolis urbis urinando lecti fuerunt & exportati. Dubitavi alias an non hæc Rasein esset Callirhoe Mesopotamiæ, ut quam juxta Edessam & Charras recenset Plin. lib. 5. cap. 24. & à fonte nominatam inquit: sed postea magis

placuit opinio præcedens ; & Plinii verba ad ipsam referri Edessam possunt, ut quæ ob pulcherrimum fontem intra sua moenia scaturientem meruerit Callirhoe dici : unde per aphæresin factum الـ رـهـا Roha nomen, Arabibus usitatum, quo duntaxat Edessam designant, esse derivatum videatur. Nam quod à conditore الرـهـا بـنـ الـمـلـدـيـ بـنـ مـالـكـ بـنـ ذـعـرـ Roha fil. Bellende, fil. Mâlic, fil. Dżoar, dictam scribit Jacutus, utique suspecta esse debet tantæ antiquitatis traditio, siuti, quod alii volunt ab الرـهـا بـنـ الـرـوـحـ بـنـ الـبـغـنـ سـعـ بـنـ ذـوـحـ appellatam, merum est figmentum. Porro cum Râseini neque moenia, neque portas, aut compita plateasve, non templæ aut arces, neque alia ad urbis formam spectantia memorent Geographi, quod sciam, sed tantum ex fontibus illius rigari hortos, eorundemque fluxu molendinas converti; equidem per idem Râseinum magnus quidam videtur intelligendus esse pagus sive vicus, disjuncta habens circa fontes habitacula. Neque vero magis insolens est vicum ejusmodi appellari من دـنـةـ Civitatem, quam è contrario urbem dici nomine قـرـيـةـ quod alias denotat pagum. Locum vero Râf-ain dictum, sive vici sive urbis ditionem intelligere libeat, longe admodum protendi vel inde appetet, quod Rasitis, id est, incolis رـاشـيـ رـاسـ عـبـنـ docet Jac.) sua ad Chaboram fluvium esse oppida seu oppidula, quorum duo sint طـلـبـاـنـ & عـربـاـنـ Arabân & Thalabân dicta, Geographus Nub. tradit parte vi. clim. i v. Ex dictis supra fontibus, præsertim ex eo, quem الـ زـاهـرـةـ vocari diximus, procedit fluvius Chaboras, & oppidum illud Arabân præterlapsus, 4. deinde

de stationum intervallo prope قرنسية *Kirkisium*, mox dicendam urbem, influit in Euphratem, eodem Geogr. Nub. teste; intermedia via in se suscepto fluv. الهرماس *Hirmâs*, cuius ante memini in notis ad Nisibin: postquam hic ipse de se emisit fl. تيرتار *Tirtâr*, qui, per desertum سنجار *Singîr* delatus in Tigrim labitur prope كلربة *Ticrit*, prout in sua fluminum descriptione tradit Abulfeda. Sed de hisce satis.

*Lin. ultima.* قالبقلاء *Calicala*] Hæc quoque Mesopotamiæ civitas accensetur ab Abulfeda, at Armeniæ, & quidem majori, sive, ut Geographus Nubiensis vocat, interiori, ab Ibn Haukel & aliis. Qui eam tanquam Armeniæ, etiam Aderbigianæ, præsidium sive propugnaculum describunt, quod respiciat ditionem Romæorum: quin & eidem huic, prout variantes sunt temporum fortunæ, quidam adjungunt. Inter eos Ulugbegus est, qui Calicalæ huic longitudinem quidem tribuit quadrante minorem quam Amidae, at latitudinem gradu integro majorem. Atque ita juxta ipsum sita est in ipso Climatis quarti fine, seu initio climatis quinti, ad quod prorsus eandem refert Geogr. Nubiensis. Et licet Abulfeda, capite de Mesopotamia, latitudinis mensuram secundum alios auctores exhibeat haud paulo minorem, in prima tamen operis sui parte, ubi inter alia flumina الرس *Arras*, id est, Armeniæ Araxem describit, ex propria sententia, ut videtur, accuratius agens, latitudinem Calicalæ tribuit graduum unius & quadraginta. Nominis originem hanc asserunt Jacutus & Abulfeda: Anuxirvân regis Persarum tempore, hoc est circa Muhammedici regni primordia, turbatis in Oriente rebus, Arme-

niam vicinasque regiones divisas fuisse inter plures regulos, velut ملوك الطوايف, quo etiam nomine dicti fuere post Alexandrum ipsius duces, cuique parti imperantes. Inter eos & quendam Erminacum, de Armenorum gente, regno potitum fuisse; cui successerit uxor قالي καλην dicta, ( prout & consonat τω Jota, pro recepto illic more ) eamque suo nomine urbem Calicalam struxisse, quasi احسان قالى, ut Arabes scribunt, id est, καλην καλα νελ καλον nempe *Calis pulchrum opus*, suamque super urbis porta effigiem collocasse. Addunt quoque insigne ab illa Christianæ religioni templum dicatum fuisse, atque ex ejus interiori crypta effodi candicantem bolum, sive terram quandam singulari pollutem virtute contra noxiorum animalium ictus ac morsus, quæ in festo palmarum à presbyteris populo gratis præberi soleat, in alias etiam gentes gratuito distribuenda. Hoc autem eo libentius adduco, ut si quidem id verum sit, observent Geographæ studioſi, num idem illud etiam adscribatur illustri aequo Christianorum templo, quod est urbis Armenicæ Arzeroum sive Arzroum: ut quæ eodem referente Jacuto & Abulkeda, à quibusdam haud parvæ auctoratis scriptoribus eadem censeatur esse cum Calicala, de qua hic agimus. Evidem celebrium duorum fontes amnium Araxis & Euphratis, non amplius quam vi. M. passuum intervallo distantes, existere in eodem monte scribit Plinius lib. vi. cap. ix. eundem ad boreales Tauri partes referunt Ptolemaeus & Strabo; eumque aliis Abam, aliis Capotem dici allegato cap. Plinius tradit. At vero Araxem & Euphratem oriri ex montibus Calicalæ vicinis

cinis inter alios Arabum Geographos, diserte testatur Nubiensis parte v. Clim. 1 v. Idem de Araxe quidem docet Abulfeda, de Euphrate autem Mesoudis in libro cui مروج الذهبي titulum fecit, ubi ita habet: مصب الفرات من ثغور ارمينية من جبال هنأك ددعى افراد حس على دعوام من قالبلا:

Initium Euphrates capit ex confinibus Armenie, ex quisbusdam illic montibus, qui Fredaches vocati à Calicala absunt diei circiter unius itinere. Eosdem montes in urbis Arzeroum, de qua ante dictum est, septentrionali parte collocat Abulfeda, Euphratem describens. Verum enimvero, cum peregrinantur, tum prope incolentium testimonii constat, eodem illo die spacio ab urbe Arzeroum, alias in planicie sita, existere amplum altumque montem, بيك كول Byng geeul, id est, mille lacuum Turcice dictum, propter quamplurimos, qui ibi sunt, lacus & fontes. Inde effusus occasum & austrum versus tendit Euphrates, ad ortum brumalem Araxes; & proximus ab Arzeroum illius quidem fluxus diaeta dimidia, hujus autem integræ abest. Ex dictis facile verisimile fit, civitatem Calicalam, prout ante allatum est, haud aliam esse, atque Arzeroum; & Geogr. Nub. Calicalam memorans, haud meminerit, quod sciam, nominis Arzeroum, & contra nomen Calicala vulgo ignoretur hodie, quando Arzeroum notissima est. Quo minus tamen opinioni eidem assentiri possim causæ hæ sunt. Quod alii, & quidem plerique omnes Geographi, & in tabulis urbium Astronomi Calicalam & Arzeroum distinctis locis & mensuris designant, hanc præ altera ad boream collocantes vix minus integro gradu. Tum etiam

etiam nomen ارزن Arzen per quam Arzeroum intel-  
ligi solet , ab Alfragano recensetur climate demum  
sequenti , ubi hac ipsa de re amplius dicendum erit.  
Ego autem existimo , oppidum cum arce Hasencala  
dictum , quod ab Arzeroum ad ortum fere brumalem  
itinere diei declinat , ipsam esse , de qua quæritur , Ca-  
licalam. Quippe Hasen idem sonat quod καλη̄ , & ibi  
magnam extitisse urbem reliquiae ostendunt. Cæte-  
rum Euphratis & Araxis fontes , hoc est , montem  
Byng geeul , ab Arzeroum non ad septentrionem , ut  
inquit Abulfeda , sed ad austrum esse , regionis illius  
indigenæ communi quodam consensu testantur.  
Quod attinet gentile nomen , sicuti à Ras-ain dixi-  
mus esse راهسی Rhasis seu Rhaseus , simili derivandi  
modo à Calicala fit قالی Kalis seu Kaleus.

Ibid. سهشاط simxât , Potius per geminum Xin , uti  
fere scribitur ubique. De الشغور الچریخة inquit Abul-  
feda , præsidariis Mesopotamiæ limitibus oppidum est ,  
(simulque χωρ regio , ut Albiceri in suo Mo-  
giam habet) pertinens ad Dijâr Modzar ; inter Ami-  
dam & Dijâr Becri castellum حصن زیاد Hisn zyâd ,  
quod alias خرت برت Charto birt , & nunc Char purt ,  
Charpote Cedreni , nomine notatur , altiori loco  
munitum. Tridui itinere remotum ab Amida , ut A-  
bulfedea in additamentis Mesopotamiæ inquit , ( at  
ubi codices quidam corrupti شهشاط pro  
habent) bidui itinere à Malathia , de qua postea , di-  
stans in ortum , interlabente , ut Jacutus addit , Eu-  
phrate. De tribus partibus , in quas , ex sententia quo-  
rundam apud Abulfedam Armenia dividitur , prima  
complectitur dictam modo Calicalam , tum & urbem ,  
de

de qua nunc dicitur, Ximxâth, & de qua post diceatur, Chalâth, atque hisce intermedia loca. Sita autem est hæc Ximxâtha ad fluvium, qui ab ea <sup>وَادِي</sup> Abulfedæ dicitur, & deinde Charpoten præter lapsus in Euphraten exonerat, supra Malathiam nempe Melitenem. Neque adeo ambiguum videtur quin eadem Alfragani Ximxâtha sit Σημίτης Ptolemaei, & Ximxâthæ fluvius idem, qui appellatur ipsi Melas. De Ximxâtha Iacutus narrat, suo tempore jam dirutam fuisse & paucis habitatam, quæ tamen florerat seculo Alfragani, cum eam eruditionis fama scriptisque suis decoraret Abu-lhasen Alis Ibn Mohammed Ximxatheus, synchronus Seifodaulæ Hamedâni filio, decantato carminibus Mutenabbis. Cavendum vero ne dicta <sup>وَادِي</sup> Ximxâth urbs confundatur cum <sup>وَادِي</sup> Sumeifâth per duplex sin, quod Syriae Comagenæ est oppidum, in ripa Euphratis, duobus gradibus cum triente, ut proditum à Iacuto, propius accedens ad austrum. Sed quod idem auctor subjungit nomen Ximxâth accersi à conditore Ximxâth fil. Iefen, fil. Sem, fil. Noah, utique referendum, quod & de Amida dictum, ad γενεαλογίαν Φουاهیا.

<sup>ad</sup> حَرَان Harrân, Cum Tesdid, ut etiam Græci Χαράππας & Χαράππα & Latini Charræ seu Carræ scribunt, ut ita litteræ Heth sonus exprimatur. Hæc quoque Dyâr Modzâr civitas & regio celebris, Charracena antiquis nonnulli tamen de Dyâr Beer esse volunt, Ab Edessa, quæ رهاب Roha nunc vocatur, distans bidui itinere, per planiciem à Bîr sive Birsiria, Mesopotamia castello, & in Syriam trajecto, una duntaxat ad-

austrum fere versus statione recedit, & æquali fere spacio, juxta Geogr. Nubiensem, à ponte Menbegi post exponendo, & tribus ab exposita modo Rasaina. Notissimum Romanis & Græcis scriptoribus oppidum: Crassorum, M. Patris, & P. Filiū clade, & Romani exercitus arumnis insigne. Vnde due in Persidem via regia ducunt, lava per Adjabenam & Tigridem, dextra per Assyriam & Euphratēm, inquit Marcellinus lib. XXIII. Terram ejus colore rubram esse apud Abulfedam legitur, urbem in plano exstructam, nec arborum nec aquæ copia gaudere, sed hanc puteis, externisque per canales fontibus peti, duabus inde austrum inter & orientem parasangis extante monte. Attamen mirari subiit, quare non derivata potius aqua fuerit ex vicino fluvio, quem جلاب *Ginlab* nomine, ab ita dicto adjacentे pago, indigitat Iacutus, ab alio pago, qui بُد *dubbo* nominatur, & à priori ۱۴. m. passuum remotus est. Eundem Charrham videtur appellare Stephanus, & statuere inde nomen esse impositum ipsi urbi. Quod tamen tum Orientales, tum alii Scriptores, Sacrarum non prorsus ignari litterarum, ab Abrahæ fratre Haran deducunt. At eidem rei minus quadrare videntur verba Genes. XI. ubi Abrahæ Frater vocatur حاران *Haran* per He, Græcis Ἀράν *Aran* urbs vero ܐܪܻܻܺ per Heth, & Græcis χαράν: tum Haran dicitur mortuus fuisse in Ur Chaldæorum, antequam hinc Tarach cum Abraha filio in urbem Harrān habitatum concessit. Obstat etiam, quod ex Orientalium quorundam opinione Iacutus assert, Harran primam esse urbem, quæ post diluvium adificata fuerit, sicuti non adeo procul diffidet à monte Ararat, ubi con-

constitit Arca. Responderi tamen potest antiquius  
urbis nomen cum fratri Abrahæ nomine اَنْتَهَا  
patre Tarach vel ipso Abrahamo forte permutatum  
fuisse; quod postea, uti Iacutus tradit, Arabica seu  
Chaldæa forma sit expressum, ipsique aptatum regio-  
ni torridæ & astrovæ, quod vox حَرَانَ notat. Atque hoc  
ipsum nomen à Mose adhibitum, quod jam ipsius tem-  
pore obtineret. Omaris II. Chalifæ, circa A.H. 17, Ijâd  
Ibn Ganam cum aliis Mesopotamiæ locis ditione  
capta fuit: dicebatur autem مَدِينَةُ الصَّابِيَّةِ *Vrbs sectæ Sabiæ*, sive الصَّابِيَّةِ *Sabarum*; qui nempe exercitum Cœli &  
sidera colebant, tanquam Numina seu divinis anima-  
ta mentibus; religionis suæ antiquitatem inde à Noa-  
cho repetentes. Nimirum ab eo inde tempore initium illa cepit, mater omnis alterius Idololatriæ. Le-  
ge tamen Muhammedis in clientelam pendendi tri-  
buti pacto, recepti sunt, uti & الماجوس Magusæ,  
non minus quam Christiani & Judæi, quod اهـ لـ الـ كـ تـ اـ بـ  
essent, id est, religionem sectarentur libro  
comprehensam. In urbe Harrân primarium ipsis erat  
tribunal & delubrum, in editiore colle; ita ut gentile  
nomen حَارَانِي Haranita sape usurpari soleat pro  
صَابِيَّي Sabius seu Sabita, qui est stellarum cultor. De eorum do-  
ctrina, sacrificiis, aliisq; ritibus, festis, & ad Septentrio-  
nem ipsorum قبلة Kibla i.e. tractu, quem inter pre-  
candum respiciunt, pluribus tractat Ibn Nedîm in  
postrema Bibliothecæ suaæ parte; qui etiam, uti quo-  
que Ibn Kafta complures recenset Harranitas,  
Scientia imprimis Mathematica & Philosophica præ-  
stantes. Inter quos sunt, per scripta sua Europæ non  
incogniti ثَابِتُ بْنُ كَوْرَةٍ Thabit ben Kora, &c درج دی

N O T A M I

جابر بن سمان البغدادي *Muhammed fil. Giabir fil. Sînân Albattanius*, hinc Albategnius appellari nobis solitus. Est autem بستان *Bettân* sive *Bittân*, ut quidam efferunt, ita dictus terræ tractus de ditione Harrân, quemadmodum loco البغدادي apud Abu-lferagium اسمرادي dicitur. Post expugnatum Bagdadum Hela-cou Tatarum Rex, per Mesopotamiam tendens Halebum, occupavit Harrân, magnoque detrimento affecit. A quo tempore magis magisque concidit urbs, ut paucos nunc habere incolas dicatur, eosque fere Turcas & Judæos latrociniis deditos.

Ibid. الرقة *Racca* sive *Arracca*, cum *Tesfid* ق] No-mine Racca quidem in genere appellatur terra, supra quam ex propinquo alveo seu valle diffundi solet aqua. At cum Articulo hic peculiariter notat Mesopotamiæ urbem in Orientali latere Euphratis posita-m, in Diâr Modzar, cuius ditionis, ita uti antea dictum, metropolis fuit, hæc Arracca, sicuti Nisibis Diâr Rabeæ, & Miafarekîn regionis Diâr Becr; tum sc. cum hæ florarent urbes, tempore Alfragani. Remota autem est Arracca à dictis modo urbibus, nempe ab Harran stationes à Raf-aina quatuor, à Nisibi. Hæc est, quæ Astronomis nostris corrupte Aracta dicitur, ubi observationes cœlestes instituit circa A.H. 300, tabulasque condidit, & ipse nuncupatus vitiose Albategnius pro Albattanius; ab eodem definita quadraginta minutis Orientalior, quam Alexandria, sub latitudine graduum sex & triginta; & quibus minutum duntaxat unum addit Ibn Xathir, & tria Ibn Junis, non improbandi auctores. Insignem hic arcem sibi quondam exstruxit Chalifa Abbasides, Haron Raxîd, quam, ut ab

ab Almansore avo suo condita Bagdad مدينۃ السلام  
dicta fuerat, قصر السلام vocavit. Ubi quam lubenti  
animo commorari solitus esset Raxid, tam averso fere  
inde fuit filius Almamún, ipsius successor; propterea  
quod ab Astrologis prædictum esset futurum, ut in Ar-  
racca extreum obiret diem. Neque omni suus de-  
fuit eventus; nam cum Imperator ille ab expeditione  
Ægyptiaca contra rebellem عدویس Aidous suscepit,  
redux in Romæorum ditiones exercitum duceret, &  
posito apud saluberrimi fontis rivum, nomine بددون  
*Bedendoun* tabernaculo subsisteret, morbo ibi corre-  
ptus forte quæsivit, quod esset loci nomen; ut acce-  
pit Arraccam dici, proea, ut videtur, significatione,  
quæ initio allata fuit, uti & alia sunt eodem nomine  
insignita loca, fati sui memor haud multo post fato  
functus fuit, & in propinqua urbe Tarso sepultus. Hæc  
Mirchondus refert operis historici volum. III. Simi-  
le quid de Cambyses, Cyri filio, Herodotus memorat  
Thalia. Dicta autem fuit hæc nostra, ut redeam unde  
sum digressus, الرقة البيضا Racca alba sive illuſtris, quia  
etiam altera inferior erat, الرقة الصوت Racca nigra seu  
obscura, magnusque pagus, hortis admodum frequens,  
una distans parasanga: & in opposita Euphratis ora  
etiam oppidum erat, واسطة رقة واسط Racca VVasith vel me-  
dium, collocatum ea parte, unde via ad Rusafam du-  
cit, in quo duæ arces erant Haxâmi Ibn Abdo-Imalic.  
Sunt autem alia tria prope Raccam loca apud Geo-  
graphos & Historicos celebria, nempe رفقة رافیکا  
الرصافة Rusâfa ambæ urbes, & صفين سیفین Siffin campus:  
quæ paucis describi haud abs re fuerit. Ráfikan qui-  
dem quasi *sociam* & *comitem* Arrackæ (quidam رضها  
*sub-*

*suburbium ejus appellant*) in eadem Euphratis ripa construxisse scribitur Almansor, Bagdadi sui forma, vix triente milliaris se junctam à Racca, ita ut una esse civitas videretur, licet suo quæque muro disclusa esset. Et Jacuti ævo, quum diruta Racca esset, in Ráifica, velut se altera, nomen servavit, quæ inde Racca dici cœpit. Rusâfa, quasi *Lithostrotum* dicas, urbs ad occasum Euphratis, à dicto Haxiâmo condita, vel juxta alios instaurata fuit in extremitate deserti, cum grassestante per Syriam pestilentia loco perflabili & libero expeteret secessum, in quo etiam postea æstates exigerre gaudebat. Inde & Rusâfa Haxiâmi vocitata fuit, ut à similibus Rusâfa Basræ, Rusâfa Cordubæ & aliis hæc distingueretur. Denique Siffîn locus est in planiciem juxta occidentalem Euphratis ripam, ex adverso Rackæ, exorrectus longe lateque, ubi memorabilis illa inter Alim & Muaviam repetitis vicibus commissa fuit pugna, qua septuaginta millia utrinque oculuisse scribunt. Neque hoc de Racca subticendum puto, inter Raccam utramque albam & nigrum, de qua dixi, fluvium *البلخ* *Baleech* nomine, unde & Racca posterior sibi potum haurit, ex tractus Harranici fontibus exortum, ejusdemque fluvio Giûlâbo auctum se effundere in Euphratem. Sed nec illud non notandum, quod Geographus Nubiensis part. v. Clim. iv. habet:

الرقة واسطة ديار مصر كما قد منها ويسى بالرومية  
باللادقوس:

*Racca urbs est primaria seu metropolis (vox propriæ medium & præcipuum lineæ margaritam notat) Diâr Modzar & Grece Balanicos* (scribendum cum Abulferagio

feragio est قالوبيقوس (*Calonicos*) vocatur: seu potius ex vero *Callinicos* cum Theophylacto Simocatte Histor. Byzant. lib. v. cap. vii. ubi inquit, ναλώνιον regionis Osroenæ esse oppidum, &c.

Ibid. قرقشپا Carkisia & sine priori Ie, atque etiam sine Medda in fine, ut Iacutus monet] Regio, definiente Albicri, inter Hiram antiquam Assyriæ urbem, & Syriam, in Mesopotamiæ parte, quæ Rabæa dicitur; at consentientibus Geographis inter se cæteris fere omnibus, proprie pertinet, ad Diâr Modzar. Præcipue autem hic intelligenda est regionis ejusdem urbs ita dicta, & quidem, ut plerique scribunt, qui circa Alfragani tempora vixerent Egregia & Clara, quam novissime dictæ Arrackæ propinquam facit Abulfeda: sed gradu uno hinc & quincunce in Orientem, unoque gradu & bessè in austrum eam collocat Nasîr Thusæus. Describit eam Iacutus hoc modo:

قرقشپا بلد على دهر الخابور قرب رحبة مالك  
بن طوق على سطام فرسخ وعندها مصب الخابور في  
الفرات وهي في مثلث جهتى الخابور والفرات:

Kirkisiæ oppidum est ad amnem Chaboram sive Aboram, prope Rohba seu Rahba Mâliki fil. Tavvak, Talebitæ, qui unus fuit de Chalifæ Raxidi ducibus, & oppidi hujus conditor sive restaurator habetur; nam & alia sunt eodem Rohba prænomine, ut quod in genere depresso inter circumstantes montes locum denotat aquis irriguum, sex inde (tribus est in Abulfeda) parafangis distans austrum versus. Apud hoc autem oppidum effunditur Abora seu Aborra in Euphratem; ita ut in triangulo situm sit inter fluvium utrumque. Cum quibus conferenda sunt Ammiani verba,

quæ

quæ lib. XXIII. exstant; *Cercusum ingressus est Julianus Imperator*, qui tunc fatalem sibi in Persas expeditionem agebat, munimentum tutissimum & fabre politum, cuius mania Abora & Euphrates ambient flumina, velut spatium insulare fingentes. Sic etiam à Procopio in Persicis aliisque collocatur ad utriusque confluentem. Ex quo descriptionum consensu manifestum est, Carkisia Arabum ac Syrorum, & Romanorum atque Græcorum Cercusum & Circesium, Castrumve Circesium, sive Circessum unum esse eundemque locum. Neque ita dissonantia sunt nomina ipsa. Hamza Spahanensis vero apud Iacutum inquit: كركيسيا مغرب كرسيا والكركيس وهو رسال الخيل المسمى بالعربة الحلبية Karkisia nomen Arabice formatum est à Kirkisia & Kirkis, quo notatur equorum ad cursum emissio, dicta Arabibus Albulba: scil. circus, stadiumve. Quod vero similius videtur, quam quod alii tradunt à Carkisio, fil. طهورث Thamburetz Regis Persarum, id nominis petitum esse. Circesium hoc exiguum ante & suspectum muris turribusque celsis circumdedit Diocletianus, prout allegato loco Ammianus scribit, cum in ipsis Barbarorum confiniis interiores limites ordinaret, ne vagarentur in Syriam Persæ. Sed postquam ex præsidiis hisce ad alia loca milites traducti fuere, lata Barbaris aperta est via ad invadendos imperii Romani fines. Et similis postea negligentia effecit, ut simul cum pluribus aliis circa Euphratem Syriæ munimentis, hoc quoque Carcesium, prima Arabum per illas partes expeditione tam facile captum fuerit. Cæterum Abu'lpharagius tradit Callinicum, quod præcessit, & Circesium condita fuisse tempore Ptolemai Euergetæ. Denique derivatum

تِبْيَانِي قَرْقِيْهِيْهِيْنِي  
tivum gentile vel locale inde nomen est  
adscito Nûn, vel etiam neglecto, ut Iac: docet.

Pag. 38. lin. 1. جالس *Balis]* Hoc in Euphratis ora occidentali oppidum Syriæ parvum est, in ea regione, quam de quinque اجناد in quas divisa fuit Syria pag. 125. جند قلسردن *Giund Kinsarina* seu potius *Kinnesrin* vocari diximus. Atque hoc ex Irâk sive Assyria in Syriam tendenti primum occurrit, in Orientali Euphratis ripa oppositam sibi habens, quæ modo descripta est Arracca. *Balis* quondam فرضة *Forda* i. e. portum sive navale fuisse Syris, unde secundo flumine descenderent versus Assyriæ partes, legitur apud Abulfedam. Attamen perhibet Jacutus Euphratem ab eodem *Balis* oppido paulatim recessisse in oratum, ita ut suo tempore, vixit autem sextum circa Higjiræ seculum, inde ad millaria, Arabica nempe, quæ aequaliter Italicas quatuor abesset. Tum Arabiæ tum Syriæ limites describens Abulfeda aperte ostendit *Balis*, de quo agimus, gemino esse conterminum Syriæ & Arabiæ, deserto, in boreali scilicet extremitate utriusque, quæ australi sui parte attingunt Arabiam. Porro *Balis*, uti tradit Abulfeda, medio quasi loco existit inter Arraccam & Halebum, hinc quindecim, illico tredecim dissitum parasangis. Inter Arraccam vero & *Balis* celebre intercedit in margine Euphratis Orientali قلعة دوشر *Castellum Dauxar*, à conditore ita dictum, positum parasangis quinque infra *Balis*, quod postea de Domini sui شادف الدين جعبر القيشري nomine, قلعة جعبر *Castellum Giabar* nuncupatum fuit, uti memorat Abulfeda. Estque illud, ubi Solimân Xâh, avus Osmânis, qui domui Turcarum Oismanicæ no-

men dedit, cum suis Euphratem transire cupiens, submersus fuit. Ex adverso castelli ejusdem etiam pars exporrigitur campi illius Siff'in, quem & Araccæ opponi, paulo ante diximus.

Ibid. مَنْبِيج Menbigum] Etiam hoc in eadem Syriæ regione Giund Kinnefrin urbs est, à post memoranda Malathia ad ortum brumalem quatriduo, ab Halebo autem biduo, & ab Euphrate vix die uno dissita: scrupulis decem Orientalior, & quasi undetriginta borealior quam Balis novissime dicta, ita uti ex Abulfeda & aliis patet. Nomen quidem مَنْبِيج Menbigz Arabice designat *confessum in editiori loco*, sed oppido huic id minime quadrat, quippe quod in plano esse positum Geographi testantur: quapropter potior illorum est sententia, qui tradunt vocatum fuisse منبة Menba, à cognomini Persicæ religionis fano, quod ab الاكابر Chosroibus, Persarum regibus, qui Syriam subjugarunt, conditum, sive novo modo instauratum fuerit. Idem vero nomen Arabes pro more suo extulisse per مَنْبِيج Menbigz, quorum primus البراح عبد الله بن Obeidolla ibn Algierrah, præmissò cum copiis duce عباس Iâdzo, cuius ante memini, Romæis sive Græcis illud A. H. decimo sexto facta ditione ademit, una cum propinquis munimentis قورس Korus, quod videtur esse Syriæ oppidum Cyrrhus. Quæ omnia simul cum capta Antiochia Raxîdus Chalifa validioribus operibus instructa العواصم nuncupavit, quod contra hostes Presidia essent. يجعل مدينة العواصم منبیج واسکنها عبد الله بن صالح inquit Iacutus, بن علي بن عبد الله بن عباس Menbigum primariam constituit presidiorum istorum urbem,

bem, eamque cognato suo Ibn Ali filio Abdo-lla Abbasida tanquam Tetrarchæ, in colendam dedit, qui & præclaris eandem ædificiis ornavit. Cæterum Menbigio ad Euphratem è directo aut propinquo opponitur oppidulum munitione & transitu fluminis haud obscurum, quod propterea پل منبج Pons Menbigii dicitur, campum aquis ex Euphrate irrigum fertilemque habens; & probabile videri queat, hoc veterum esse Zeugma, id & Græcis pontem notat, Lxxii. pass. mill. à Samosatis, transitu Euphratis nobile, uti Plin. lib. v. cap. xxiv. habet. Notandum quod de maxima Syriæ inde ab Euphrate latitudine scribit Abulfeda, eam nempe procedere à Menbigii ponte supra dicto, per Menbigium ipsum per قورس Corus sive Cyrrhum in limite Kinnesrin, per dicta Antiochiæ præsidia, transire deinde per montem مکان Allocam sc. Tauri partem, seu Amanum, quo Ciliciam à Syria dirimunt Geographi veteres Græci & Romani, tum per Missinam seu Mophiestiam, per Adamam & Tarsum; prout tria illa oppida, de quibus postea, illo tempore Syriæ accensebantur. Neque vero dubitare sinit exposita jam situs ratio, quin Menbigium de quo hic sermo, sit Hieropolis Syriæ, sunt quippe ejus nominis urbes quoque aliæ, ita dicta, quod multa contineret sacra; peculiariter, ut Stephanus notat, etiam Hieropolis dicta, propter celeberrimum Deæ Syriæ templum, quod Lucianus à Samosatis haud procul inde natus suo de illa Dea libro luculenter describit. S. Abercii Episcopi Hieropoleos memoriam Ecclesia Græca celebrat 22 Oct. uti in ejusdem menologio Græco legitur: pro quo nempe ειρημλεως nomine; Menologium idem

Arabice versum Ecclesiæ Græcæ asseclis in Syriâ usitatum, منبج Menbigum habet. Et sic quoque in Gloss. Copto-Arabico ᵉἘγῆλης per منبج redditur; at ubi vitiōse منبج excusum est. Vetus nomen منبج Menba seu Manba, quod ab Orientalibus urbi attributum diximus, non adeo dissonum est à Bambyce, quo nomine Hierapolin fuisse appellatam Plinius testis est lib. v. cap. xxiiii. ut non alterum ex altero natum videri possit. Atque illud forte Syriacum idem est, quod Lucianus allegati libri sui initio innuit, antiquitus Hierapolis, hoc quippe Græcum est, inditum fuisse. Famosissimus ibi Atargetæ, quæ Syra & Hieropolitana Dea, olim viguit cultus, de quo Lucianus consulatur dicto libro, & doctissimus Seldenus de Dîs Syris syntagm. ii. cap. iii. Idemque illud nomen Manba si-  
ve Menba servatum videtur tempore Persarum, postquam illi urbem suo subdiderunt imperio, & superbum illud delubrum ad suas ceremonias velut πυρεῖον, seu prout Strabo vocat πυροφεῦεῖον, sacri ignis adem usurparunt. A منبج Menbigz autem, ut de ea dicere desinam, gentile sive locale nomen fit, communem citra derivationis normam منجاني Menbe gianus, unde notum vestium genus التباب المنجانية Oppidum ipsum nunc esse collapsum, & pagi seu vici tantum forma spectari, narrantes audivi vicinos.

Ibid. lin. 2. سموساتا (perperam nonnulli primam per ش scribunt) Sumeisata scil. Samosata] Plurali numero, atque etiam singulari Samosatum dicunt Græci & Latini. Hæc Syriæ urbs est, parvæ regionis Commagenæ (Camach Arab.) sive regni Commageni quondam caput, uti Strabo, Plinius, aliquique testantur

stantur disertis verbis. Urbs naturæ beneficio bene munita, deinde facta Romæorum provincia, Strabo libr. xvii. qui ætate Tiberii scripsit; unde & Samosata legio nuncupata Ptolemæo. Imposita quippe illi, inquit in Itinerario Antoninus, cuius tempore Ptolemaeus vixit, contra Persarum incursionses & assultus legio Romana fuit, at quota fuerit illa, variantes in Codd. MSS. numeri incertum relinquunt. Sita namque sunt Samosata in Occidentali Euphratis parte, quæ imperii Romani terminus erat. Ita refert in Chronologia Theophanes Heraclium, ab expeditione in Persas suscepta reducem trajecto flumine, Euphrate nempe, Samosata venisse, & superato Tauro Germaniciam appulisse, transitaque Adana Sarum fluvium attigisse; prope quem cum adveniente seu in sequente Persarum exercitu Imperator conflixit. Et sicuti Abulfeda de Syriæ limitibus agens, Samosatum collocat in extremitate ejus boreali, ita terminos Mesopotamiæ describens idem oppidum istuc constituit loci, ubi in ortum declinare incipit Euphrates, & commode navigia ferre Bagdadum versus Mesopotamiam oblique succincturus ab austro. Tradit autem idem auctor ex Ibn Haukel, Samosatum & pontem Menbigz, de quo ante, duo parva tunc temporis, at munita, fuisse oppida, quæ tanquam vicina simul memorat; ita ut Strabo citato libro Samosatis propinquum ponit Zeugma, id est, ad Commagennam Euphratis pontem. Duobus autem illis, Samosatis & Ponti Menbigz hoc tribuitur commune, quod, uti & ante dixi, fertilem habeant agrum, & arva, quæ rigentur ex Euphrata. Est quoque ibi *Marsyas amnis*.

de quo Plinius libr. 11. cap. 24. à Samosatis, latere Syriae, influit in Euphratrem. Cavendum vero ne سیمیسات Sumeisât, de qua agimus, & شمشاط Ximxât, de qua antea actum, ob Scripturæ Arabicæ similitudinem confundantur, quod tamen subinde apud scriptores fieri contingit; quippe differentia ex iis, quæ utriusque dicta, satis evidens est & distincta. Inclaruere Samosata duobus præcipue alumnis, Luciano & Paulo illo, qui Paulicianorum hæresi & sectæ nomen dedit.

Ibid. ملطيه Malathia] Keuxiân Gilæus, & vix aliis, ملطيه scribit, doctiores per Ie simplex efferunt, penultimam corripientes, teste Iacuto; vulgus per Ie duplicatum, penultima producta, Malatija. Est hæc omnem citra dubitationem, Græcorum & Latinorum μελιτην̄ seu μελιτων̄; utroque enim modo legitur apud Ptolemæum Melitene & Militine. Cum autem Syriæ incolis nomen ملطيه sit notissimum, inscritæ fuit, vocem hanc Græcorum μελιτων̄, in Menologio ad vii. Aprilis occurrentem, Syris iisdem Ecclesiæ Græcæ addictis Arabice redditam esse per ميلتيني; & è contrario scriptores quosdam Arabes ميلتيني, à ميلتين gentile nomen, interpretari per ملطي, quod prorsus est μελιτων̄, & non per ميلتيني: plurimum quippe interest Miletio Ioniae hæc Melitine. Quæ quidem aliis Cappadociæ esse urbs dicitur, aliis Armeniae minoris sive secundæ. Leonis Augusti novella de thronis Melitenum Armeniae secundæ metropolin facit: minus ergo convenit à Strabone scribi libr. xi, quod nec Cataoniæ, nec Melitene ullam habeat urbem: sed munita tantum in montibus castella. Arabum plerique  
Mala-

Malathiam ad بلاد الروم regionem Romæorum referunt, ut quæ juxta eos & Cappadociam comprehendit: quidam vero Syriæ accensent, ut quoque Zonaras: ita Ibn Haukel Syriæ longitudinem designat à Malathia, ceu extremo ad Boream termino, usque رف Resab velut extremitatem à meridie oppositam; quæ mansio quædam est in arenoso tractu, qui Syriam intercedit & Ægyptum, الْجَار Alfigiār vocatus. Ibn Chordadeba Malathiam تغ̄ر الجزءة præsidiorum castrum Mesopotamiæ appellat; eo namque situm est loco, unde in prædictas regiones omnes facile excursions & impetus fieri possent. Ut non immerito Ibn Saïd de Malatia, considerata etiam magnitudine, dicit eam قاعنة اللغر præsidiorum omnium, quæ istis in locis tunc plura erant, primarium, ac veluti metropolis esse. Ea propter Chalifa Abu Giafar Almansor, Abbasidarum secundus, oppidum hoc, quod Constantinus Leonis Isauri filius ex Arabum potestate recuperaverat, imperii sui anno undecimo, ut Cedrenus testis est, id est A.H. 136, denuo occupatum, quadriennio post egregiis munimentis instaurari jussit, validoque præsidio instruxit. & quidem in Muslimorum sive Arabum potestate permanxit, Romanis infestum admodum & grave; ita ut Cedreno Saraceni sive Arabes præ cæteris celebrentur Meliteni: donec tandem A. H. 322, prout ex annalibus refert Iacutus, Romanorum sive Romæorum viribus expugnatum fuit. Quod & Cedrenus affirmat, idque contigisse imperante Constantino, Leonis Philosophi filio, Domestico scholarum Syriæ existente Ioanne Curcua. Excidi illius spectator Poëta quidam inquit:

لابكين

لابكي على حلطه كلها ابصرت سيفاً وسمعت صهيلاً \*  
هدم الدستور سوها وقصورها فسمعت لنساً عويلَاً \*

*Flere me juvat Malatiam, quoties video ensem, vel audio hinnitum.*

*Diruit Domesticus murum ejus & arces, unde audivi  
editum mulieribus ululatum.*

Perperam itaque hæc ab Almacino in Hist. Sarac. atque inde, ut videtur, ab Abu-lpharagio in dynastiarum historia referuntur ad A. H. 223, & Theophilo Michaëlis Balbi Filio, tribuuntur: cum ne quidem 40 annis postea Basilius Macedo præcipuis copiis, vi-ribusque & machinis adhibitis, ut idem diserte narrat Cedrenus, Melitenam potuerit occupare. Cæterum de Malatia urbe Geographi Arabes notant, quod tribus quasi à سیواس Sivvás, id est, *Sebastia*, mansionibus locata sit in planicie, quam remoti paulum montes cingunt; quorum qui ad austrum est, الجبل الایم Mons ambiens vocatur, ad cuius occasum سپس Sis extat, quæ tunc Armenicæ gentis regia erat. Duobus autem milliaribus (ut Geogr. Nub. p. 5. clim. 4. habet) Malatia ab Euphrate abest ad Occidentem, neque tantillum intervallum impedit, ut non juxta Euphratem esse posita dici possit, quod de Melitena asseruit Plinius & Ptolemæus, quod & per se verissimum est, si ipsa intelligatur regio seu præfectura. Quin à parvo quodam flumine urbs Malatia alluitur: Euphrates autem ab Arzerûm exortus كمنچ Kemach h.e. Cappadociæ Comanam, ut puto, seu Comagenam, deinde Malatiæ præterlapsus, ad Samosata fertur, ubi *Πηριοπλù* diverticulum facit, in ortum inter & austrum. Ex prædicto rivulo etiam aliis rigantur rivis, qui

qui circumjacent, plurimi horti, fructuum domesticorum (& insignium, ut mala etiam Halebum longiusque mittantur, est quippe regio pro situ frigida) feracissimi, & tanto quidem proventu, ut iis cuique fere liceat pro arbitrio frui; Abulfedæis hisce aliorum quoque dicta consonant. Jacobus Gassotus Gallus, qui A.C. 1548. expeditioni interfuit, à Solimano Turcarum rege in Persarum regem Tahmās suscepit, & loca illa diligenter lustravit, edita eleganti epistola Malatiam velut parvam urbem describit, (quæ tamen magna satis fuit Ibn Saïd teste, cum præsidio potens esset) prope quam finiunt Taurus, Amasius & Amanus: unde & quatuor dierum itinere per montes asperos & difficiles transeundæ occurrunt in summo pylæ Amanicæ, quæ portam referunt, & propter contractum vetustate colorem قرۃ قبو Nigra porta hodie que Turcis dicuntur. Ut cum dictis hisce veterum testimonia comparentur, Plinius libr. VI. cap. IIII. inquit: *Cappadocia pars prætenta Armenia majori, Melitene vocatur: Comagenæ, Cataonia.* Et enumerans ipsa Cappadociæ oppida, post Sebastiam meminit Melitæ à Semiramide conditæ (Iacutus Malatiam ab Alessandro M. esse structam tradit) quam haud procul ab Euphrate esse sitam ait; uti & Abulfeda Euphratem describens eum prope Malatiam ferri testatur. Vixque dubium est, quin ibi Melita aut designet ipsam Melitenæ regionis urbem, aut mendosa sit lectio pro Melitena; quam inter Cappadociæ urbes alias non recenset, cum tamen eidem subjiciat. Libro autem v. cap. XIIII, quo de Euphrate agit, *eum à Pastona ad Melitenam Cappadocia navigari* inquiens, regionem

intelligere videtur. Quemadmodum & Ptolemæus Armeniam minorem exhibens, Melitenæ regioni includit ejusdem nominis civitatem. Strabo libro xi docet regionem eandem Melitenam sub Cataonia fuisse positam, quæ subjuncta esset Cappadociæ. Et libro xii eandem Melitenæ præfecturam inter Cataoniam & Euphratēm sitam, attingere Comagenam, ac partem Cappadociæ decimam haberi; ut quidem in decem hæc divisa tunc erat provincias. Libro autem xi idem Auctōr notat, Amanum, qui à Cilicio Tauro avulsum frustum est, ad Melitenem progredi & Euphratēm; atque excipere montes trans eundem fluvium sitos, contiguos prædictis, nisi quantum abscondit ille per medios transiens. Atque ita videntur existere ibi Euphratis cataractæ, inter Melitenem & Samosata: ultra illam quippenavigatio è superioribus procedit, ut ex Plinio liquet; à Samosatis, ut ante dictum, incipit alia. Denique libr. xii docet Melitenem per omnia similem esse Comagenæ: totam enim domesticis conseri arboribus, solam ex omnibus Cappadociæ partibus; ita ut Oleam quoque ferat. Celebratum est adagio vulgari Malatiense purpurissi genus: مالاتیہ و جو رنگ Hand infecerit eum rubore purpurissum Malatiæ, quod in homines strenue impudentes jaci solet. Malatiam condecoravit natalibus suis præclarus ille Medicus Gregorius Abu-lpharajius, seu, ut efferre meus mos est, Abu-lferegius, Historiæ Dynastiarum Auctōr, quam Arab. & Lat. egregia certe & accurata opera nobis dedit V. Cl. Eduardus Pocockius, ob ingenuam virtutem, & eximiam eruditionem longæva vita, bonorum amore, laude o-

mnum dignissimus. In illa Dynastiæ ix historia memorabile est inter cætera, quod de servata à Tartaris per parentem patria urbe idem Gregorius narrat. Eandem postea Soltani Ægyptii جواز, i.e. summo p̄fecto, Turcarum Rex Bajazid Iilderim, fulminis cognomento superbis, potestati suæ expugnando subiectit A. H. 800.

Ibid. زنثرا; Zanthara, mendum MS est pro زبطرة Zebatra Abulf.] vel, ut Iacutus & Camus, Zibatra. Oppidum hoc fuit seu castellum, circa Almamonis Chalifæ tempora, quando Alferganus vixit, celeberrimum, qualia fere hic noster in medium afferre solet; inter Malatiam & Samosata locatum, in Romæorum extrema Syriam versus ditione, diei quasi geminæ vel unius magnæ à Malatia intervallo versus austrum; ut allegati jam Scriptores affirmant. Neque ambiguum puto, quin hæc Zapetra & Soropetra sit Cedreni, quam Imperator Theophilus Michaëlis Balbi filius, A. H. 223, uti & Almacinus in Hist. Sarac. & Abu'l pheregius in Dynastiarum epitome testes sunt, cum magnam Syriæ, à Saracenis sive Arabibus tunc infessæ, partem prædando vastaret, expugnavit; patriam, inquit Cedrenus, Amerumne (id est Imperatoris Fidelium, seu Chalifa, qui tunc erat Motasem Billa, inclyti Almamonis frater) multum illo per litteras deprecante, ut patria parceretur. Quæ & Zonaras libr. 11. iisdem pene verbis confirmat. At vero ita supplicem fuisse Chalifam haud sit verisimile; aut nativitatem ejus vel educationem huc posse referri, nisi forte de matris ipsius, quæ ام ولد concubina seu ancilla fuit, Maridæ, natalibus res sit intelligenda. Atta-

men Zapetram ab Arabibus haud multo post recuperatam fuisse ex eo constat: quod idem Cedrenus refert, Basiliū Macedonē, qui 40 inde annis imperavit, selectorum militum manū misisse Zabetram & Samosata, qui per angustias primo aditu penetrantes, illam quidem de improviso captam cāde complerunt, & circumjacentib⁹ incendio vastatis Samosata pefsum dederunt. Lexici Geographici Auctor quidam, qui Solimanis Imperatoris Turcici tempore scripsit, de Zebetra sive Zapetra agens de suo addit:

زبطرة الپوم خراب خالبة عن الساکن ولم يبق بها غير سورها زبطرة hodie diruta est, incolis vacua, neque de ea quid superest præter muri ipsius rudera. Primo dictam fuisse puto Sozopetram, ob munitionem & præsidium, quasi Salutaris rupis nomine, & deinde, brevitas & lenitatis gratia, Zapetram, nam quod ex Kellebo adducunt, ita vocatam à بن دوح بن عسام بن دوح pro figmento habendum, qualia etiam notata sunt antea: & videtur quidem ipsius Melitenæ regionis castrum esse; uti eam, at civitatis expertem, multa continuisse castella tradidit Strabo. Vel dubitari posset, annon sit Zoparistus Ptolemaī: nisi quod hanc semigradu borealiorem faciat, quam urbem Melitenem, cum Zapetram esse Australiorem constet: sed non adeo exquisita est Geographorum in hisce mensura, ut tantillæ differentiæ magna sit habenda ratio.

Ibid. حلب Halebum.] Posteriorum temporum scriptoribus Græcis χάλεπ, ut asper exprimi posset litteræ ς spiritus; Europæis, recepta primum ab Ital⁹ voce, Aleppo, & Alapia quibusdam: magis depravate Roberto Monacho Galapia, ob ejusdem litteræ

Ha

Ha aspirationem. Syriæ Commagenam versus prima-  
ria civitas (qualis قصبة *Kasaba* Arabibus dici solet) in  
ea regione sive parte, quam Giund Kinnesrîn vocavi  
pag. 125. Olim quidem ejusdem regionis Metropolis  
censebatur cognominis urbs Kinnesrîn, diei itinere  
inter occasum brumalem & austrum ab Halebo disti-  
ta, de qua dicendum postea. Sed declinante hac, quod  
præsidariis Christianorum & Muslimicorum confi-  
niis magis vicina esset, & expeditionum, quæ circa ea  
loca fierent, injuriis obnoxia; Halebum tantudem  
incremento profecit, & evectum fuit: præsertim quod  
situ suo fere omnibus ab Euphrate & Oriente ad præ-  
dictos limites, & mare mediterraneum tendentibus  
opportunum esset. Quæ commoditas majores habuit  
tunc effectus, quando Syria & Cilicia sub unius Do-  
mini potestatem redactæ fuerunt. Explorata autem  
Halebi latitudo, est 36, 46; longitudo Orientalior  
quam Alexandriæ Ægypti 10, 35. Ad designandum  
eius situm quoque facit & altera Alexandria, scilicet  
Syriæ, ad Issum dicta, utpote in ipso sita sinu Issico,  
quæ, Arabibus etiam سقاندرة vocata fuit, & post pec-  
uliariter سقاندرة Scanderona, & باب اسكندرن porta  
Turcæ, & hodie etiam Arabes, سقاندرة Scala Alexandronæ, Europæi  
fere veteres imitati, quibus Alexandria minor voca-  
ta dicunt *Alexandretta*. Est vero hic navium ex Ægy-  
pto, Cypro, & ulteriori mari venientium tuta ac fida  
statio in Issico sinu. Halebo distat occasum versus  
exigua cum declinatione ad septentrionem quinde-  
cim circiter parasangis, occurrente ad viæ, quæ inde  
Halebum dicit, fere trientem montis الـ Allo-

cām, id est, *Amani*, parte بيلام à cognomini istic oppido vocata. Alexandria hæc tempore Abulfedæ ditionis Muslimicæ terminus erat; cui proxime ad Septentrionem succedit cum portu suo oppidum بجاس *Bajás* seu *Pajás*, & paulo post aliud cum suo ایاس *Ajás*, quod Veterum Issus, & in mediterraneis prope Pylas Amanicas بفراس *Bagrás*, *Pagræ* Strabonis lib. xvii. Hæc tunc Christianorum erant, qui ارمي *Armeni* dicebantur: eorum portus erat *Ajás* ante dictus, unde in Cyprum, & alias Christianorum regiones navigari solebat. A nomine *Ajás* est Marci Poli, & aliorum, qui circa Belli sacri tempora scripserunt, Giazza, quo modo Itali efferre solent, uti & Giovanni pro Ioanni; quidam Layace scribunt, quasi Articulum præfigentes. In maritimis hisce, quæ enumerata sunt, locis, nota atque notata est peculiaris وجدة *Insalubritas aëris*, ob interceptum per montes ab Ortu & Septentrione ventorum flatum; quin etiam aquæ & terræ inest falsugo quædam; unde nec longæva adeo nec commoda incolis vita est. Melius apud Halebum, ut eo redeam, tribus iisdem Elementis consuluit Natura. Est quippe urbs in plano sita perflabili loco, à mari & montibus remotiori: gleba soli pinguis est & rubicunda, ut bolum Armenam referre videatur, pluviae tempore gratum quoque odorem spirans; unde & fictiles canthari fiunt, è quibus, velut salubrior, etiam commendatur aquæ potus. Pluviae per sua veris tempora benigne favent, &c, quod vix alibi istis locis videre est, ut Iacutus prædicat, gossippii, sesami, panici & similiuum, fructuumq; terrestrium & arboreorum fœcundissimo sufficiunt proventui. Tum

&amp;

& rigandis, qui longe lateque circumjacent, hortis ipse inservit Euphrates, cuius inde à bidui intervallo per قنوات *subterraneos canales* huc derivantur aquæ. Adhæc urbem præterfluit amnis قویف *Kovvaic*, à Ranarum sono, quæ verno ibi tempore spectantur, ita dictus: is ab aquilone circa oppidi عینتاب *Aintâb* vulgo *Antâb*, exortus, juxta Halebi portam Antiochenam delatus per رساقیف *agros & arva* progreditur, vetus Kinnesrin versus, ultro quod apud locum مرج الاحمر nomine *pratirubri* Jacuto appellatum in arundineta & junceta demergitur. Ipsa vero urbs est amplissima, vivi saxi muro turribusque munita, & siccæ licet, fossæ cavitate, per iuv horarum circuitum. Portæ apud antiquiores recensentur octo, hodie decem numerantur; quibus & sua sunt suburbia: unam si quis forte exceperit, quæ باب الظلام *Babo-litm* i. e. porta obscura dicatur, quod soleat semper esse clausa. Cæterum & urbs & suburbia discreta sunt in سواح *Savvaih* vicos suos, qui illic plures viginti, hic plures decem sunt. Vici in محلات *Mehellât* & حارات *Harât*, id est compita dividuntur: in quibus خادمات *Mercatorum* fere, & exterorum quidem, hospitia continentur, nempe areæ quadratae habitaculis undique & apothecis instructæ, seclusæ à publico porta, quæ nocte clauditur, & custode tutæ & securæ. In aliis fere regionibus فناریف, uti hinc etiam Europæis *Fondice* vocantur. Sunt quoque compitis اسواق *fora*, sive, ut alias dicuntur قصبة طرابیان *Caisaria* i. e. plateæ quasi mercatoriæ, quæ utrinque مکان *Officinas* habent, superne contra æstum & pluviam coopertæ, suis in ingressu & exitu portis custoditæ. De aliis

aliis mitto dicere ædificiis, tum publicis, tum privatis. Inter omnia maxime memorandus exstat in urbis medio mons rotunditate sua, mole, & altitudine spectabilis; nimirum arte factus, ingenti columnarum multitudine. Auctor libri جردة العجائب، qui eundem Halebi castellano dicavit, octo millibus inquit, intus suffultus: hinc & ipsi castello, quod in vertice exstructum, muro, domibus 500, vivæ aquæ puteis, palæstra, templo præditum، قلعة العماد Castellum Columnarum, nomen est. Fossa montem circumdat lata admodum & profunda, quam partim aqua, at impurior, etiam serpentes alens, partim arundines, eaque & cervorum cubilia, per orbem implent occupantque. Duobus inde millibus passuum ad septentrionem magnificum est جامع Muhammedica religionis templum هلوی Helevvium nomine, cui cognomine in propinquo مدرسه Gymnasium celebre fuit, nunc collapsum. Apud portam Urbis, quæ olim Judæorum dicebatur, ut à Melico-ddâhir, fil. Saladini, qui restauraverat باب النصر Babo-nnasr appellata est, utrinque, & juxta murum intra urbem degunt Judæi, extra urbem Christiani, Armeni, Romæi, i. e. Melikitæ, Maronitæ, & Syri, vulgo Syriani, i. e. Jacobitæ, qui omnes junctim in propinquo sua foris coemeteria habent, alibi nulla, cum Muslimici ad omnes portas habeant. Loca extra urbem sacra, sive in universum incolis ab omnibus, Judæis, Christianis, Muslimicis, sive ab hisce vel illis peculiariter cum religione culta, enumerare prolixum foret: uti quoque de adjacentibus hortis, agris pagisque. Tantum quia huic loco propria pene sunt الغستق Phistic, i. e. Pistacia, alibi rarif-

rarissima, obiter notandum, quæ prope Halebum urbem nascuntur, hortensia esse, & <sup>عَنْجَةٌ</sup> educata rigando: alia esse montana, & <sup>عَنْجَةٌ</sup>, hoc est, *perse nata pluvie solius ope*, qualia mons Kinnesfrinæ vicinus fert <sup>عَنْجَةٌ</sup>. Sem, *aan* dictus, pars Amani, alteris illis minora minusque succulentæ. Halebum porro quod attinet, Justiniani Junioris tempore, teste Abulfergio, cum Romani debellandis occupati essent Slavinis Romæ vicinis, Persarum Rex Cosra sive Cosrhoës Kobadis filius, cum Arracca & Antiochia hanc quoque urbem cepit; & imperatori Mauritio ob amicitiæ officia benigne redditam, paulo post, propter ejusdē Mauritiū cædem, vi Phocæ ademptā recepit. Sub imperii Muhammedici initia facta deditione eam occupavit dictus nobis antea Ijáz Ibn Ganem, cum Mesopotamiæ arma inferret. Exinde fere semper Muhammadanis Syriæ Regibus subiecta fuit, paruitque. A. H. 517. ut Almacinus refert Hist. Sarac. auctor in parte nondum edita, cum Halebum <sup>بنوا ارتق</sup> Ortokide tene- rent, Franci, comitante Hillæ Satrapa Seifodino, urbem obsederunt, quæ præsidio destituta & commeatu terminum deliberandi petiit in decem dies. Eo impetrato, & die jam existente nono, fluvius Kowaic, de quo paulo ante verba fecimus, tanto derepente austus torrente fuit, ut, abreptis Francorum territoriis, plurimi homines submersi maximæque perierint opes. Quadriennio post, teste Niceta Choniate, Joannes Commenus Imper., cum principe Antiochiae Raimundo firmata amicitia, novam est motitus obsidionem, sed irrito conatu. A. H. 658. cum Syriæ & Commagenæ præslet Melic Ennasir, Melic

Addáhiri frater, fil. Saladini, in fine mensis Muham-  
ram, dierum 10. exacta obsidione, urbem invasit Dux  
Tatarorum Holacou, occisisque incolis compita op-  
plevit & civitatem diruit: 10. mensis Sapher arx quo-  
que dedita fuit, quam simul cum urbis muri subver-  
tit. Imbelles foeminas & pueros ingenti multitudine,  
plus quam 100. millia avexit, atque inter Francos,  
Armenos, per varios tractus & infulas divendi jussit;  
teste eadem Histor. Sarac. part. M.S. A Syriæ & Æ-  
gypti regibus non multo post recuperata, instaurata-  
que A. H. 803. haud minorem ab altero Tartaro Ta-  
merlane desolationem passafuit. Pristinis denuo Do-  
minis vindicata in eorundem potestate permanxit,  
donec post cæsum in propinquo, à Turcarum Impe-  
ratore Selimo, Kansau Gaurium Ægypti Syriæque  
Regem A. H. 922, cum thesauris opibusq; omnibus in  
eiusdem victoris potestatem concessit. De ipsa ori-  
gine urbis non una est Orientalium scriptorum opi-  
nio, quorum alii à حلب *Haleb* mulgendo, aut *mulso lacte*  
nomen petunt, quod, cum ex propinqua Haran in Sy-  
riam primo migrasset Abraham, hic aliquandiu sub-  
sistens, antequam terram Canaan adiret, accolis & vi-  
cinis pauperibus gratificaretur impertito liberaliter  
pecorum suorum lacte. Sunt qui ab Amalacitis con-  
ditam volunt, cum ex primis suis circa اربدحا & عمان  
*Ammon* & *Hiericho* sedibus à Josua expulsi & profligati,  
hisce in locis mansiones, quanto possent præsidio,  
firmarent. Conditorem vero fuisse quandam ex iis  
nomine Haleb, scil. بنى الله من بنى كينيسرين،  
صوبنا ditionis Kinnéfrinæ, quæ tunc مكيف  
*Soba* diceretur, regulum. Illorum vero posteros dein-

de

de à Davide debellatos pulsosque fuisse. Et Halebensium Judæorum Doctiores unanimi consensu etiam hodie ratum habent, hanc esse Aram Soba, cuius rex à Davide percussus fuisse dicitur Sam.

prope Salinas، سالينے Salinæ autem hodieque notæ, versus Kinnesrinæ partes paulo ad austrum sitæ. Ideoque & in contractibus Judæi similibusque scriptis suis hoc Aram Sobæ titulo Halebum urbem designant. Super argumento hoc videre & expendere operæ pretium est, quæ Vir Doctissimus diligentissimusque Samuel Bochardus differit Geogr. Sacr. libr. cap. Quemadmodum vero Kinnesrin dictum olim fuisse Sobam Arabes scribunt, ita & montem propinquum, qui nunc vocatur Sem, aan, ut ante memini, olim appellatum جبل نبو Montem Nobo, nempe ab Idolo, de quo in loco كفر نبو Kefr Nobo, uti etiam hodie dicitur, antiquitus coli solito; prout, quæ visuntur ibi reliquiae, arguere, ut ajunt, videntur. Halebi nomen plerique cognomento augent حلب الشهبا Halebum fuscum, quod tali colore, ut mea est opinio, sint urbis muri. Errant toto cœlo, qui Halebum cum Antiochia eandem faciunt, & à via quoque, quibus esse veterum Hierapolis videtur. Hanc enim esse منبج Menbigz, bidui itinere distante ostensum est pag. Quin Beroea sive Berrhoea sit, scilicet Orientalis & interior, uti quibusdam dicitur, id est, Syriae (nam & alia Macedonia est) haud dubitare sinunt sequentia: Abu Nasr Ibn Hazir, Medicus Tecritensis ex Mesopotamia narrat, allegante Jacuto, à Seleuco Nicatore exstructam esse Laodiceam, Apamiam, & بارو وهي حلب Berrhaem que

Halebum est. Ad Orientem Antiochie, inquit Strabo  
libr. xvi. adjacent Euphrates, Bambyca, & Berrhaea, oppi-  
da quæ Dionysius tyrannus Heracleonis F. olim tenuit. Ubi  
oppida præcipua intelligit, quorum uti Bambyca est  
Hierapolis, ita Berrhoea cum Halebo quadrat. Nu-  
roddinus (Scil. Mahmûd Ibn Zengi, qui A. H. 546,  
mortuo patre, Halebum occupaverat, ut refert Abu-I  
feregius) Cinnamo dicitur libr. 4. Satrapa Berrhoeæ.  
Ita Nicetas Choniates inquit: χάλεπ η λεγομένη Βερ-  
ρώια, Haleb qua olim dicta Berrhoea. Quo modo & Ce-  
drenus, Procopius, Zonaras, aliique istorum tempo-  
rum scriptores, illam Syris & Arabibus frequentatam  
vocem Haleb interpretantur. Item ad A. M. 6543.  
Cedrenus habet: Berrhaenses, qui & Chalepita, præfectum  
ipsis ab Imperatore datum expulerunt. Condonabor,  
spero, si urbis hujus, ubi vixisse me aliquando, & in  
hisce profecisse studiis lubens recordor, descriptioni  
plus satis instituisse videar.

Ibid. قنسرين Kinsarina, potius ut Geographi, &  
ipsi vicini efferunt, Kinnesrin & Kinnesrina]. Etiam  
Kinnesronna & Kinnisrouna in casu recto; prout Jacu-  
tus & Camus docent. Urbs antiqua fuit de قاعدين الشام  
الشام primariis Syriae una, diei unius intervallo ab Ha-  
lebo, qua حمص Emesam itur, circa eas partes, quæ  
العواصي Prædia vocantur, quare & ad illa à qui-  
busdam refertur: sesqui autem diei fere itinere abest  
ab altero nobili oppido ماررة Maarra; eidemque im-  
minet fluvio, quo perlui suburbium Halebi diximus,  
Kowaico nempe, duodecim infra urbem milliaribus  
finem capienti. Quum primis Islamismi temporibus  
prope eam militiae Syriacæ pars in statione collocata  
esset,

esset, unde & universa regio hæc جندی قنسرو جن Giund Kinnesfrin dicta fuit; uti & ante monitum, ( nam cum Kinnesfrina ante pertinuissest ad Emesam, à Jezide Muaviæ filio ex illa, Menbigio, Antiochia aliisque quibusdam quædam Giund sive provincia constituta fuit ) tunc Halebo ad hanc comparato urbem vix gloria, aut clari aliquid nominis erat; prout apud Abu-l fedam aliosque legitur. Kinnesfrina autem regio convenit, saltem ex parte, cum Cyrestica Strabonis, quam libro xvi. agrum Antiochenum & Commagenam interjacere inquit, sive Cyrrestica Ptolemæi: in hac quippe & Berœa & Hierapolis ponuntur, quas esse Halebum & Menbigz, Kinnesfrinæ oppida, supra ostensum est: eidem etiam قورس Kouris accensetur, utpote ditionis Halebinæ oppidum vetus & collapsum, quod non aliud quam ipsa Cyrus est, quæ Cyristicæ nomen dedit. Ad hanc refertur & civitas & castellum Gindaras à Strabone, quæ pro suæ à Berœensi longitudinis & latitudinis differentia, quam illi Ptolemæus tribuit, maxime congruit cum Kinnesfrin. Hoc autem nomen ( de antiquiori regionis ipsius nomine vide sis in iis, quæ paulo ante super Halebo dicta sunt ) quod attinet, قنسرو Kanseron & Kannefron Arabice Senem notat, قنسرو consenuit: hinc pluralis forma factum Urbis nomen ita uti Jacutus inquit, & innuere videtur Camus: unde quis esse Gerasam Ptolemæi forte dixerit ob notionis consensum; nisi hæc illi Syriæ interioris & cavæ esset. Apud Jacutum alii volunt نیو دسر Nido aquile ita fuisse nuncupatam tempore obsidionis, ob quandam cum illo, quam tunc habere videbatur, similitudinem.

Nam cum ea primo Græcorum esset, A. H. 17, ab Abu Obeid-allâ Algierragii F. obsessa fuit: deditio facta tributum solvit, donec religioni Muhammedicæ se se addixisset. A. H. 355. quando circa eam Romanorum grassatus diu esset exercitus, & Seifo-ddaula, Fil. Hamdân, summus ibi militiæ præfectus, cum illo congregi nequiens, interea vitam cum morte commutasset, incolis Halebum & alio migrantibus, urbs facile capta, mox diruta, neque post reædificata fuit; prout memorat Jacutus, qui suo tempore tantum ibi superfuisse خان Chân quoddam viatorum, illac transeuntium diversorium subjungit. Eam tamen celebriora inter loca merito hic recenset Alferganus, quod eandem tunc florentem nosset. Gentile nomen inde duplex fit, & قنسري Kinnesrita & كنسري Kinnesrita, ut idem Jacutus & Camus tradunt.

*Ibid.* آطاكید Anthákia, uti Arabes proferunt, h. e. Antiochia] Et cum multæ hoc nomine urbes sint, ita ut plures XII. numerentur, hic ea duntaxat intelligitur, quæ distinctionis gratia, nam etiam in Syria circa Euphratem alia est, Straboni apud Daphnem, Ptolemæo super Oronte dicitur. Ab Arabibus autem haud cuiquam Antiochiæ alteri, quod norim, illa Anthákiae vox tribuitur. Hanc, de qua agimus, pulchrum Orientis apicem vocat Marcellinus, Syriæ caput Strabo, ubi, qui regioni præerant, regiam haberent. Urbs quippe grandis provinciæ fertilis, irriguæ, bene cultæ & amœnæ, limpidis intra se fontibus prædita, propinqui maris mediterranei commoditatibus gaudens, etiam per subvectionem, quæ flumine urbem alluente, adverso licet, uno die fiat, uti Strabo libr. XVI. habet;

Con-

Contra ardentes aestus contiguis urbi, sive partim inclusis, qui quinque sunt montibus utcunque velata, muriisque ex faxo amplis & validis, per montium quoque partem ductis, & numerosis turribus munita 12. milliarium circuitu. Quemadmodum vero Tetrapolis, quadriurbis, erat Antiochia, ut Strabo refert, in quatuor urbes, diversorum auctorum opera, Seleuci auspiciis distincta; ita & ipsa regio Seleucis eodem illo nomine Tetrapolis vocata fuit, à quatuor inter alias, erant enim plures etiam, illustribus, Antiochia apud Daphnem, sc. sacrum genti lucum, Seleucia in Pieria, Apamia & Laodicea. Eas Seleucus Nicator condidit: maximam à suo Patre Antiochiam denominavit, Seleuciam munitissimam à se ipso, Apamiam mediterraneam, ab uxore Apama, Laodiceam suo portu instructam à Matre. Arabum Geographis اقلیم عربی Clima notorium, ut loquuntur, id est, Provincia Antiochie والعواصم Praesidiorum nomine insignitur; quorum illa Abulfedæ dicitur esse قاعده Metropolis Jacuto قصبة Kasaba (ut duas hasce voces tunc idem denotasse constet) Damascus absolute قاعدة الشام Caput Syrie universæ; qualis quondam Antiochia fuit. مادع العواصم i.e. vero, à sing. prohibendo, tuendo, propugnando, appellata fuere Harroni Arraxido Chalifæ, in septentrionali Syriæ parte oppida quædam, ut دلوق Dulon, رهبان Raabân, قورس Corus seu Cyrrhus ترجن Tezin quod ante Kinnesrinæ fuerat, prope Euphratem Menbigz sive Hierapolis, & ipsa Antiochia: quemadmodum vicinæ Ciliciæ cum Cappadociæ parte, quæ بلدن ابن لون Regio filii Leonis, & بيلن الارمن regio Armenorum Abulfedæ dicitur, oppi-

oppida Romanis sive Romæis paulo post devictam  
Syriam adempta, ut Ajás, Tarsus, Adana, Missisa,  
Pagræ, زربه Ain-zarba, nempe Anazarbus, Diosco-  
ridis patria, & haud procul Euphrate مرعش Meraax &  
حدت Hadatz aliaque, nomine المغور, quod limita-  
nea, hosti opposita, loca designat, vocitata fuerunt, ipsi  
Syriæ accensæ tamen. Unde copiis in histicum ex-  
cursiones facientibus vel laborantibus aliæ illæ  
العواصم supra dictæ urbes præsidio erant. Hæc ad Historicos  
& Geographos intelligendos obiter notare visum  
est. Quis fuerit belli sacri tempore Antiochiae status  
& habitus, ex opere, Gesta Dei per Francos insignito,  
cognoscere cuique licet. Olim cum extiterit qua-  
driurbis, ut supra ex Strabone allatum, mihi quidem,  
cum illic essem, potius quadricampis spectata fuit, ut  
pote mœniis suis arva, pascua, hortos, & reliquæ ur-  
bis loco quasi pagum complectens, Christianis fere  
& Judæis, Muhammedanis seu Turcis paucioribus,  
habitata. Non ياشا Paxà, non سنجاق Sangiák, non  
بگ Beg præst; verum صوبashi Soubaxiī, i. e. infe-  
rioris ordinis præfector, tantum Halebo mittitur, at  
Constantinopoli قاضي Kadii, Index. Sedes Patriarcha-  
lis, qua eminebat olim translata Damascum; qui ta-  
men nunc ibi se pro Patriarcha gerit, vix acolytho  
par est. Sed è contrario haud minorem mihi admira-  
tionem peperit superstes ipsa veterum murorum for-  
ma & integritas, ea latitudine, ut vel quadrigæ cir-  
cumvehi possent, nisi ob occurrentes colles & mon-  
tes via per graduum ascensus & descensus interrupta  
esset. Supersunt & antiquitatis Christianæ vestigia  
& reliquæ, circa eam muri partem, quæ boream re-  
spicit,

spicit, templi seu loci sacri, ubi Apostolus Paulus prædicasse Euangeliū creditur, & qui ante Nazareni, unde Arabibus النصارى dicebantur, Christiani hoc suum à Christo nomen accepisse, juxta Act. Apost. cap. xi. Hinc ejusdem lateris Porta, & quæ inde ad interiorem urbem platea sive lithostratum dicit, & ad sinistram piscina albo incrustata marmore hodieque ejusdem D. Pauli nomen servant. Hic & Apostolus Petrus Euangeliū operam dedit, originem cepere Lucas & Theophilus; in urbe hac celebratum est concilium, primus creatus Patriarcha. Quapropter ea potiti Christiani Franci Balduino, Godefrido, Boamundo ducibus, inde ab A. H. 491. etiam religione impulsi, eandem constanter tenuerunt. Eripuit iis A. H. 664. بیبرس Beibars, Ægypti & Syriæ Dominus, qui cæsis Christianis Ecclesiæs delevit, Fluvius Orontes, unde & Arabibus الاردن اردن sive scribitur, à boreali tractu descendens præterlabitur urbem, ad cuius ripam, ubi planior & depressoë urbis locus, fornicati hodieque extant magni roboris strutæ, condendis machinis factæ quondam. Orontem peculiari nomine Arabes المقلوب Flumen inversum vocant; quod, cum alia ex Septentrione ferantur in austrum, hic contra incedat ab austro in septentrionem. Namque circa جبلك Balebec i. e. Helenopolin exortus ad Occidentales Emesæ partes labitur in حبرة القدس Lacum Alkades, è quo egressus deinde profluit ad ipsam Emesam, alluens eam à septentrione, & postea حماة Hamatam ab ortu; supra quam effunditur in افامية بحيرة cognominem Apamea lacum, coque reliquo progreditur ad Orientem montis

*Allocām i. e.* Amani , & inflexus cursum capessit occāsum inter & austrum, transiensque præter Antiochiæ murum, apud oppidum سوْجَدْيَة Suvveidīa (quod nomen à سلْوَقِيَّة Seleucia, ostio Orontis proxima , cui nempe idem tribuere Veteres, detortum puto ) exit in mare. Etiam idem amnis المِمَّاسُ Almeimās nuncupatur, at rariori usū ; frequentissimo autem id est, *rebellis* & *inobsequens* dicitur , propterea quod non nisi grandium rotarum ope extra alveum sublatus rigandis arvis inserviat, ubi ex alveo suo alii facile se duci patientur. Ex illo autem Orontis per lacus transitu patere videtur , quomodo explicanda sint, quæ de ejusdem fluvii, uti & Tigridis ac Nili sub terram demersione , ac nova emersione Strabo & alii prodiderunt. Simile exemplum præbet ipse etiam hic dicendus اَطْلَكَيْهَة بَرْ لَاقُوس Lacus Antiochia , tribus ab urbe milliaribus ad septentrionem conspicuus , 20. millia passuum longus, 7. latus, in amplio terræ tractu, qui العَمَفُ Alaamk nomen habet ; in quem tres distincti fluvii labuntur, scil. دَهْرَ عَفْرِيدَن Fl. Ifrin , qui orientalior , دَهْرَ الْأَسْوَدِ Fl. niger , qui occidentalior, atque inter utrumque means دَهْرَ يَغْرَا Fl. Iagra , à quodam Christianorum pago , quem secat , ita dictus, qui & eidem huic lacui nomen dedit , ut بَحْرَ يَغْرَا بَحْرَ يَغْرَا Lacus Iagre vulgo appelletur. Hi omnes à septentrionali latere se in eundem Lacum infundunt , & commiscent, atque inde unus ad austrum se effundit, uno cis Antiochiam milliari se Oronti conjungens. Sed de hisce satis.

• *Ibid.* طَرَابُولِس i. e. Tripolis ] Quamlibet enim inchoatam à gemina consonante syllabam, unde



de Arabes abhorrent, in duas dirimunt; atque etiam pro frequentiori usu Alif præponentes اطربالس *Itrabolis* scribunt dicuntque: quanquam aliqui hoc modo Tripolim Syriae, Italis Tripoli di Soria, illo Tripolim Africæ provinciæ افرقة Ifrikia peculiari- ter vocatæ, Italis Tripoli di Barbaria, significari ve- lint; alii è contrario statuunt: quod tamen revera per se prorsus est indifferens. Neque Arabes præter duas hasce maris mediterranei urbes, Syriaci & Africani, videlicet طرابلس الغرب & طرابلس الشام eo nomine alias notant: licet Stephanus enumera- ret alias septem. Hic intelligitur prior illa, quæ Phoeniciæ est; ut quæ climatis quarti sit, in quo ex- plicando versamur, cum altera illa Africæ proprie dictæ, sive ditionis قریون Kairovran pertineat ad Clima tertium. Syriacam hanc ita appellatam Veteres docent, quod à tribus populis, Sidoniis, Ty- riis, & Aradiis vel condita sit, ut Strabo libr. xvi. vel tanquam colonis inculta; in urbes revera tres distin- cta, unius stadii intervallo invicem distantes, util libr. xvi. Diodorus. Tale quid & de Africana proditum, atque verisimile est Tripoles quoque ceteras simi- lem aliquam nominis sui causam habuisse. Sita est in littoribus Emesæ sub monte Libano, cui ad septen- trionem adjacet mons rotundus hodie à Cruce de- nominatus; una inde ad austrum parasanga promon- torium, quod Gracis olim θεος τεσσαρων Dei facies di- cendum: inter utrumque locata Tripolis fuit, prope eam occurrente planicie, utrinque moenibus & castel- lo munita, portu prædita, per fontes atque etiam aquæductus rigata. Eam Amrus Al-aasi F. duorum

obsidione mensium in potestatem redegit; recuperare saepe conati sunt Romani, sed frustra. Quando mercimoniis, populi frequentia, viris doctis, ut Hist. Sarac. habet, egregie floreret, A.H. 502. (503. mensē Du-lhizgiæ Abulf.) à Francis capta fuit, plurimosque annos post sub eorundem dominatu mansit: à Muslimicis interea pro <sup>حُصْنٌ الْمَسْلَاطَةُ</sup> <sup>حُصْنٌ الْأَكْرَادِ</sup> <sup>ditionis</sup> sive <sup>præ-</sup>  
<sup>sidiī</sup> <sup>sede</sup> assumpto castello natura & arte munitissimo, quod *castrum Kurorum* dicebatur, super monte, qui Libano adhæreat, constructum, medio inter Emesam & Tripolim loco, unius diei intervallo utrinque distans. Hoc à Kurdis nomen accepit, sive quod Ajobitæ, origine Kurdi, structores fuissent, vel possiderent, sive quod à milite Kurdo, præ ceteris bellico insideretur. Tandem, A.H. 688. Ægypti rex Kalawou, cognomine Almélic Almansor, obsessam expugnavit die Rabéæ posterioris quarto, feria tertia. Narrat in annalibus Abu-lfeda incolas ad portum fugisse, quem efficiebat objecta urbi insula, ubi D. Thomæ dicatum templum erat: at cum Christianorum vix pauci in naves confugere possent, equitibus Saracenis natando prosequenteribus, plerique omnes fuere cæsi, fœminæ & pueri in servitutem abducti. Venit in insulam tunc ipse Abu-lfeda, qui scribit se eandem repperisse cadaveribus oppletam, quorum factore expulsi fuerint ipsi Muslimici victores. Hi postea diruta prorsus urbe, ut inquit Jacutus, novam exstruxere uno inde milliari, quam eodem nuncuparunt nomine. Adjecta sunt arbusta & canneta faccharifera. Ea autem, ut nunc visitur, juxta clivum se porrigit potiore sui parte, à dextra habens

pla-

planiciem moris confitam ad pascendos bombyces,  
quorum ibi copiosum est lanifictum; à sinistra conti-  
nentur oliveta, atque in eodem clivo, qui velut bifis-  
sus fluvio (qui nunc *sanetus*, olim, ut videtur, *fons Pa-  
radisi* dictus) viam præbet è Libano in urbem manan-  
ti, arx eminet, credita residuorum Francorum opus;  
ubi degit præfectus. Planicies quoque ante urbem  
jacet juxta mare. Haud prorsus quidem muro cincta  
est urbs, domibus nunc quasi bis mille constans, sed  
area, quæ à portu ad eam dicit, quadratis vallata est  
turribus sex vel septem ad loci securitatem & tute-  
lam.

Lin. 3. المصبة, & sine Articulo *Misifa*, *Massifa*,  
& *Masifa*: tot quippe modis exprimitur]. Hæc Cili-  
ciæ urbs est, Syriæ tamen à Geographis Arabum ag-  
gregata & inclusa, cum aliis limitaneis oppidis no-  
mine النغو insignitis, de quibus ante dictum. Cli-  
ma ejus عرق *notorium* ab Abulfeda statuitur بلان  
الارمن *Regio Armenorum*, prout Ciliciæ & minoris  
Armeniæ partem continebat, etiam dicta بلاد ابن  
لیون *Regio filii Leonis*, cui nomen proprium Leo erat,  
qui Armenis imperans circa A. H. 610. *Masifam*,  
*Tarsum*, & *Adanam* tenebat, teste Jacuto. Geogra-  
phus Nubiensis inquit quoque vocatam esse مساسة  
*Mamestram*, juxta Armenorum, ut puto, qui voca-  
bula peregrina propria mire contorquent, pronun-  
tiationem. Ita autem, uti & *Malmestra*, *Mamistra*,  
*Mamista*, *Mamesta*; etiam *Mansista* in itin. *Burdig.* à  
posterioribus *Græcis*, & *Wilh. Tyrio*, aliisque belli  
sacri scriptoribus appellatur, quæ *Ptolemæo* & *Stra-  
boni Moÿsesia* dicitur, unde recentiora illa nomina,

& hinc Arabum Masisa formatum videtur. Stephanus distinctius signat *Móψ̄ īśā Mopsi Lares*, nempe conditum à Mopso, vate & rege Argivo, oppidum; uti Cicero libr. 1. de divin. habet. Estque hoc ipsum, de quo Plin. libr. v. cap. 27. *Mopso liberum Pyramo fluvio impositum*. Sic & Missisa ab austro & occasu affidet fluvio  Gieihān, qui Pyramus est, cum à Græcis & Arabibus idem utriusque & ortus, & cursus, & exitus describatur. Is postquam rigavit urbem quatuor inde parasangis occurrit mari, ubi, inquit Nicetas, navi imposuit Imperator Michaël Comnenus cadaver patris Joannis Comneni Constantinopolim deferendum. Famosior quoque evasit Mopsuestia Episcopi sui Theodori hæresi, una cum Nestorio statuentis duas in Christo esse personas; & Paulicianorum, de duobus principiis opinionem Christianæ religioni miscentium, Ecclesia, quam in illa urbe Ephesinam vocabant, uti & alibi speciosis nominibus alias suas. Recte Ibn Haukel apud Abulfedam ait, Missisam fuisse geminam urbem, intermedio amne divisam, quarum altera, è regione Missisæ proprie dictæ, nuncupata esset  Kefr-beija, id est, pagus vicusve Beija, tanquam conditoris. Tempore Chalifæ Abu Giaafar Almansor diruta erat, tradente Jacuto, Kefrbeija, cum ante magna civitas extitisset: quæ ab eodem Chalifa instaurari cœpta, à successoribus Almahdi, Raxido, Almamone, porro exstructa & amplificata fuit, atque post Almamonis mortem ab Almutaáfemo perfecta. Ambæ egregii operis ponte faxeo, coque longo (nam cum Euphrate à quibusdam

dam Pyramus confertur) inter se junctæ fuerunt, quas uno Massisæ nomine designant. Erat in urbe clivus, ut apud Abulfedam legitur, unde, qui in exstante ibi delubro consideret, propinqua maris intueri posset. In suburbio vel prope urbem complures degebant in Sacellis suis religiosi viri, ceu Anachoretæ, quod per ابطا، فـ، expressit auctor; atque inde Morabitis, id est quasi Anachoretis, suum nomen. Quod etiam Tarfi & in aliis limitaneis oppidis spectatum fuit, ut ejusmodi hominum zelo & hortatu militum animi ad Sacri, ut ipsi vocant, bellii officia magis impelli ac confirmari possint. Atque ita inter limitanea ac præsidaria Islamici regni oppida hoc quoque clarum evasit. Sed A. C. 1114. terræ motus vehemens Syriam, imprimis Ciliciam, quassans, Mamistram cum Maregia, معرش Arab. aliisque oppidis solo æquavit, Wilh. Tyr. lib. xi. neque postea reædificatam fuisse constat. Inter rudera hodie pastores quidam degunt, qui ibi bubalorum, trahendis tormentis bellicis destinata, illud intelligo genus, quod corrupte buffelos vocant, regia armenta curant. Talibus quippe locis hoc animal gaudet, & extremum usque os prorsus aquæ immergi, ut ferventis sanguinis æstum, ex quo laborare dicitur, utcunque restinguat. Integer vero, arcuum 24, ni fallor, superest pons ante dictus; per quem A. C. 1627, ex Syria Constantinopolim tendens, vectus fui; urbe, quæ nunc Missisa dicitur, clivoso loco dissecta & jacente ad sinistram.

Ibid. صيدا Saida, id est, Sidon] Est quidem صيدا terra crassa Lapidès in se continens, unde forte nomen hoc petitum ad notandam سیدون Sidon, non alieni adeo foni

soni vocem. Urbs in Syriæ littore, trium à præcedenti Tripoli dierum itinere ad austrum distans, nobilissima quondam & potentissima, simulque cum vicina صور Sour Tyro artium multarum nutrix & propagatrix, navigandi studio excellens. Sidon autem Phœniciaæ urbs est, Iudææ terminus, à filio Cenaani nomen habens, & quidem, antequam à Persis caperetur, Phœniciaæ maxima, ut Pomponius inquit. Eam à Tyro, quæ Clmati tertio adscripta fuit, atque memorata ibi, Antonini itinerarium sejungit xxiv m.P. &, quod proxime consentit idemque eis, Strabo cc stadiis. Quod & res ipsa confirmat: nam Tyro pervenitur sex horis ad pagum سارفند Sarphenda, quæ est antiqua urbs سارپطة Sarepta i Reg. xvi 1, 10. quadrante horæ mari dissipata, atque hinc duabus horis Sidonem, cui Sarepta suberat quondam; sicuti & inuit citatus locus, & Scriptoribus Romanis Sarepta Sidoniorum dicitur. Cæterum cædem illæ Tyrus & Sidon prædictis à Deo ruinis suis æque celebres evaserunt, ac olim splendore suo & gloria inlytæ exstitissent: cuius utriusque fortunæ admirandum hodieque exemplum præbent: nam quæ de superbis, materia, mole & arte operibus ætatem ferre potuerunt, circa Sidonem, ut de hac nostra dicam, passim, & quidem longe lateque, reliquæ inveniuntur, sed terra obrutæ ad denum duodenumque pedum altitudinem, super extantibus arboretis, arvis & hortis; ita ut, nullum licet de se res illæ indicium faciant, fodienti tamen ubique occurrant, & si quis incolarum ædificare domum velit, inde paratam lapidum materiam petat. Quicquid vero structum ibi nunc conspicitur, vix aliam, quam vilis oppiduli five pagi,

pagi, sua tamen arce instructi, formam refert. Unius hinc diei itinere, juxta littus instituto Tripolim versus, بِرْوَت *Beirut*, i.e. *Berytus*, clara quoque olim urbs maritima, portu & dupli ci castello prædita, aditur. Hinc Antilibanus procedit جبل شوف *Mons Xouf* ibi dictus; ita uti à Tripoli Libanus assurgit جبل لبنان *Mons Lubnān*, à Syriaco نَبَّه لَبَّوْنَ *Lebōnā*, quod album notat, ob candentem perpetua nive verticem, quasi Alpes Syriae. Inter utrumque montem comprehenso terræ tractui, conveniens rei nomen, Cœle-Syria inditum fuit. Collapsa similiter, ac de Tyro & Sidone dictum, etiam illa Berytus est. A. H. 504, seu A. C. 1111, Balduinus Danorum & Norvegorum classe adjutus, Sidona eripuit Muslimicis: qui A. H. 583. duce Saladino recuperarunt, uti & Berytum, & quoque Tyrum, sed hanc quadriennio demum postea. Habent autem tria illa oppida, tribuente Abu-l fedā, pro climate notorio suo سواحل دمشق *Littora Damasci*, quæ Sidone abest millaria circiter LXVI. Gentile ab urbe صيدناني *Saida* nomen est صيدناني *Saidānijon Sidonius*, sed ab الصيدناني *Saida*, ut tribum notat Arabum صيدناني *Saidavvijon*, prout docet Usjouthæus.

Ibid. كنيسة المسوودا *Kenisato-sanda*, h. e. *Templum nigrum*, sive *Synagoga nigra*.] Et simpliciter الكنيسة *Alkenisa*, ea scilicet voce, quæ سينagogة اليمهود *Synagogam Iudaicam* notat. Iacutus de ea scribit in hunc modum: الكنيسة يلد بنغير المصيصة يقال: لها الكنيسة المسودة وهي في الأقليل الرابع طولها ثمان وخمسين درجة ونصف وربع وعرضها أربع وتلثون درجة وخمسون في قبة سبعين السون لا دها بنيت بحجارة سود

هـ وـ بـ نـاـ هـ الـ رـوـمـ قـدـيـداـ وـبـهاـ حـصـنـ مـنـبـعـ قـدـيـمـ اـخـرـبـ  
فـيـمـاـ اـخـرـبـ مـنـهـ اـمـرـ الرـشـيدـ بـبـنـاهـاـ وـاعـادـ تـهـاـ الـىـ  
كـنـيـسـةـ كـاـدـتـ الـلـهـ يـحـصـبـنـهـ، *Kenisa oppidum est*  
*in limitaneo tractu Massise, que dicta Kenisato-ssauda,*  
*longitudine habens 58 graduum cum  $\frac{1}{2}$  &  $\frac{1}{4}$ , latitudinem 34*  
*& 50 scrup. Vocata est nigra, quod nigris constructa esset*  
*lapidibus, (quam ob causam & Amida dicta fuit nigra)*  
*olim nempe condita à Romanis, & antiquum in ea castellum*  
*fuit bene munitum, quodcum ex parte dirutum esset, re-*  
*dificari jussit Raxidus Chalifa, & in pristinum statum re-*  
*duci. Itaque Alfragani ætate urbs hæc Kenisa sat clara*  
*fuit, imprimis Chalifa instauratore, ut non potuerit*  
*eius inter alias non meminisse. Abu-lfeda autem in*  
*additamentis Syriæ de ea agens regione, quæ Ciliciæ*  
*& Armeniæ minoris parte constat, collimitanea Ro-*  
وـ بـنـ الـامـاـكـنـ الـمـشـهـورـةـ الـكـنـيـسـةـ  
وـالـهـارـوـدـيـةـ وـهـوـمـ جـمـلـةـ بـلـانـ الـأـرـمـنـ دـسـبـةـ الـىـ بـادـبـهاـ  
هـرـونـ الرـشـيدـ وـالـهـارـوـدـيـةـ صـغـيرـةـ مـاـ يـتـحـصـلـ بـالـحـدـوـنـ  
الـجـزـرـيـةـ وـبـنـهـاـ وـبـنـ الـكـنـيـسـةـ السـوـنـ اـذـنـاـ عـشـرـ مـيـلـاـ،  
*De locis celeribus est Kenisa & Haronia, quæ ad Arme-*  
*niam minorem pertinet, denominata à Conditore suo Ha-*  
*ron Arraxid Chalifa. Est autem Haronia, seu Haronopolis*  
*oppidum parvum, de eo tractu qui ad Mesopotamia limites*  
*late sumptos pertingit. Inter eandem vero & Kenisato-*  
الـنـغـورـ  
agـيـتـ يـاقـوـتـ، i. e. de limitaneis Syriæ locis ditioni Ro-  
مـأـؤـرـوـمـ بـلـانـ اـبـنـ لـبـونـ،  
الـلـهـارـوـدـيـةـ بـلـانـ بـنـيـ لـبـونـ alibi  
وـبـنـ بـيـاسـ الـىـ  
الـكـنـيـسـةـ السـوـنـاـ وـبـنـ مـدـيـنـةـ اـقـلـ منـ يـوـمـ وـبـنـ بـيـاسـ  
الـىـ الـهـارـوـدـيـةـ مـثـلـهـ وـبـنـ الـهـارـوـدـيـةـ الـىـ مـرـعـشـ وـبـنـ  
الـقـعـورـ

النَّغُور الْجَزِيرَة أَقْلَى مِنْ يَوْمَيْهِ A Beijâs seu Baijâs (quæ Bais in itinerario Antonini, xvi. m. p. ab Alexandria minori distans) ad Kenisato-ssauda, quæ civitas est, minus die intercedit, & à Baijâs ad Haroniam tantundem; ab Haronia autem ad Mar, aax, quæ de limitaneis Mesopotamia locis est, minus uno die. Quo etiam facit, quod in Geogr. Nub. Clim. v. parte v. legitur: ab حَادَتْ Hadâtz circa Taurum; qua ad Samosata & Melitenem vergit, castello & oppido, ad Haroniam esse unius diei iter, hinc ad Kenisato-ssauda iter diei levius interessè, ab hac ad Tarsum i. d. Ex quibus quidem trium melioris notæ scriptorum dictis manifestum satis esse arbitror, quod de hoc loco Kenisato-ssauda, cuius alioquin rara sit mentio, ejusque situ sit habendum. Ubi tamen animadversionem requirunt Jacuti verba de ejusdem loci hujus latitudine, quam non posse esse 36. gradibus minorem omnes circumstantiæ evincunt, ita ut vel librario, vel auctori imputandus sit commissus error. Erat itaque, cum staret, Kenisato-ssauda, nunc incognita ac si non fuisset, in Ciliciæ, Armeniae minoris Syriæque confinibus munitum oppidum cum castello, sive castellum cum oppido, circa quod, & de quo Romanos inter & Muslimicos bellis & pugnis sæpe decertatum fuit.

Ibid. مدآ، plerisque cum Medda, & quoque cum ڈنود، Adana seu Adena] Et Vrbs Adenorum quibusdam in ea veteris Ciliciæ parte, quæ sexto imprimitur Higzrae sæculo Arabibus، بلاد بنی لیون، بلاد لیون، بلاد الارمن، Regio Armenorum, Regio Leonis, Regio Leonidarum dicta fuit (sicuti & urbes præcedentes) etiam بلاد سیسیان، Sisiana. Est quippe Sisium Cedr. & Guil.

Tyr. munitum cum oppido castellum 24. mill. à Massisa ortum versus distans, ubi Regis Armenorum sedes erat, uti etiam, prout hodieque est, Armenii Patriarchæ sive primarii Metropolitæ. Quemadmodum vero olim Armenorum & Leonidarum regio vocata fuit, quod iis parvisset vel pareret, ita nunc ob similem causam ارض قرمانیان *Terra Caramanorum*, quæ clara Turcarum gens fuit, & *Caramania* appellatur. Antiquis autem cognita Carmania, Persidi ad austrum contermina, nomine كرمان *Kermān* Arab. Pers. & Turc. celebratur. Illud Adana nomen, ut pleraque Orientalium omnia, apud Belli Sacri Scriptores valde depravatum legitur, Adama, Ademne & Azara, & ut ελατο, quod facile fit, & pro *n* scripto *r*. Quod porro ad situm ejus spectat, Ptolemaeus Adanam recenset in Cilicia proprie dicta, sub eadem latitudine cum Mopsuestia, id est, Missisa precedenti, nempe grad. 36. & scrup. 35; Abulfeda vero Adenæ tribuit grad. 36. scrup. 50; Missisa 36, 15; ita ut ipsi 36. scrupulis sit septentrionalior quam Missisa: attamen Jacutus, ubi de Tarso agit, easdem senis tantum parasangis disjungit; revera unius intercedit diei iter. Adanam præterluit fluvius Arabibus سیحان *Seihān* dictus, Ptolemaeo aliisque Geographis antiquis Cydnus, qui, Strabone testante libr. XIV. per medium habitur Tarsum, mox commemorandam, ortus ē jacente supra urbem Tauru; nempe etiam supra Adanam, quæ per gradus quasi semissem Tarso Orientalior est juxta Abu-lfedam. At vero fluvius alter Gieihān i.e. Pyramus, qui Massisæ est, ut multo amplior existit, ita quoque ē remotioribus scatebris initium capit. Manifestus autem

tem Abu-lfedæ error est, etiam in uno M.S. docti Arabis manu notatus, cum scribit duos hosce fluvios sub Adana & Maſſiſa conjungi, unoque deinde alveo deferri in mare ; cum tamen distincta esse eorumdem oſtia manifestum sit. Cavendum quoque ne duo flumina hæc Gieihān & Seihān confundantur cum duobus ſimiliūm vocabulorū aliis Gieihān & Seihān, quæ ſunt Oxus & Jaxartes, ut pag. monitum. Urbem ipſam in plano locatam, muro circumdatam, ſi magnitudo ſpectetur, dimidiæ Maſſiſæ, prout hæc gemina intelligitur ſecundum ante dicta, æquiparat Ibn Haukel, qui & incolis ac commeatu bonisque divitem prædicat, nec non inſigni lapideo ponte ſuper flumen poſito ſpectabilem. Cum apud Armenios pluribus Ecclesiæ ſuæ conciliis hic celebratis clara ſit ; tum apud eosdem & Græcos, cuius utriusque gentis incolas habuit potiori parte, atque etiam alios laudatur ob haec tenus fervatam maxime præ vicinis oppidis priſtini ſtatus formam. Equidem memini ſatis, placuisse mihi, forſitan eo magis nomine, quod una cum familiarī iſtuc amico veni, qui nouus civitatis Judex ſolenni ibi ritu exceptus, huma-nitatis & benevolentiae, quam in paterna familia toto commorationis meæ tempore Halebi expertus fueram, poſtremis officiis me delibutum inde dimiſit.

Ibid. طرسوس Tarsus.] Quidam cum damma primæ efferunt Turſus: occurrit & cum gemino ش vel alterutro, ſed utrumque virtioſe. Stephanus تاروس & ترسوس. Ejusdem cum præcedentibus notoriī climatis ſive provinciæ urbs, & quidem Ciliciæ metropolis, Græcorum & Romanorum scriptis decantata ut antiquis

tiquissima, à Perseo condita; tum & ut libera, eruditio-  
nis ac Philosophiae studiis, uti apud Strabonem vi-  
dere est, nulli alteri secunda. In gratiam Julii Dicta-  
toris, eodem Auctore, Juliopolis vocata fuit. Eam  
Cydnus Fl. prout ante dixi, mediam fecat; *at intus*,  
inquit Plin. lib. v. cap. 27. & paulo post, *procul à mari*,  
quanquam subinde maritima dicatur. Non tamen  
adeo longe ostium habet; sex mill. pass. interponit Ja-  
cutus, quo loco Cydnus in paludē incidat, quæ ipsum  
sit urbis navale: ut citato loco Strabo ita docet. Tarsum  
hanc & Tarsis, cuius in S.S. litteris gemina mentio,  
interesse multum vult Cl. Bochartus Geogr. Sacr. I. III.  
cap. 7. non video tamen, quare pro alterutra Tarsis  
Sidoni proxima, non hæc Ciliciæ Tarsus haberi pos-  
sit, vel saltem nomen ejus à Tarsis, ut filio Javan Gen.  
x. petitum esse. Arabibus reputatur maxime aquilo-  
nare esse oppidorum, quæ <sup>البغور الشامية</sup> appellatio-  
ne designant: atque ita Alazizij apud Abulfedam  
intelligi potest cum ait: طرسوس اطعى بلاد البحوري  
*Est Tarsus urbs limitanea maxime penetrans*  
*ditionem Romæorum: nisi quis interpretari ibi malit vo-*  
*cem اطعى que maxime faciat excursiones.* Abu-lfedæ  
tempore, ut testatur ipse, in Romæorum potestate  
erat. Inde à primis imperii Ismaëlitici auspiciis una  
cum reliquis vicinis urbibus occupata fuerat ab Abu-  
Obeidalla, cum Heraclium persequendo per <sup>هرب</sup> Angustiam Pagrarum, id est, Portam Amani,  
penetrasset: unde tenendæ Asiae minoris spem con-  
cepere, non minus quam olim cepisset Alexander de  
Asia majori, cum contra ex minori per eandem por-  
tam egressus esset. Qua quoque de causa imperator  
Haron

Haron Arraxid Tarsum diligenter instaurandam muniendamque jussit. Duplicem ejus turribus instructum, murum, fossam, arcem prædicat Jacutus. Neque aliter accipiendum, quod scribunt quidam Haronem exstisisse Tarsi, uti & Adanæ, conditorem. Hinc itaque præcipue ejusdem & filiorum in illas Romæorum ditiones suscepæ sunt expeditiones. Ex quibus celebris ille Almamon, eo consilio exercitum ducens, cum forte ad pagi البيذدون *Bedendūn*, qui una mansione à Tarso distat, se oblectaret, morbo correptus, & 19. mensis Regjeb A. H. 216. in pago illo mortuus fuit, Tarsi autem sepultus. Vide sis Hist. Sarac. lib. 11. cap. 8. at, qui versus ibi existant, ita corrigere ex Jacuto:

هل رأيتم النجوم اغنت عن المامون في عز ملكة  
الماوس،

غان روه بعرصتى طرھوس مئلما غادر وا اباه بطوس،  
*Num vidisti sidera supersedisse Almamone in potentia regni sui stabilita, vel ti, vel to?*

*Destituerunt eum in campo Tarsi, sicut destituerant patrem ejus in urbe Thûs.*

Respicit Poëta Astronomica Almamonis studia, & similem, procul etiam imperiali sede sua, Raxidi Haronis casum, quo decessit in Chorasân. Eadem urbs tribus quoque imperatoribus Romanis, fatalis fuit, Floriano, ut Abu-lpheregius refert; Constantio item & Juliano, ut Marcellinus: qui omnes expeditionem agitantes, hic vel mortui sunt vel sepulti: verum hoc nomine benigna & beata Christianis habita est, quod ipsi, tanquam patriæ, debeatetur magni Apostoli D. Pauli, vita. Postquam sub Ismaëlitarum jugo fuit Tarsus,

Tarsus, saepe ejus, at frustra, à Romanis sive Romæis Christianis tentata fuit liberatio; donec A. H. 354. narrante Jacuto, occupata fuerit à Nicephoro Imperatore, per duorum, qui à Seifo-ddaula ibi erant liberti, deditio[n]em sive proditio[n]em; quando Christianis, Gracis & Armenis sua redditæ libertate, multi Ismaëlitæ dulce Christi jugum subiisse scribuntur eidem Jacuto. Tum in edito urbis colle castellum Lulum nomine ædificarunt Romani, ex quo excursiones hostium, teste Zonara, per accensos continuata serie nuncios ignes significatae fuere Imperatori. Sic etiam inde à limitibus Barbarorum siebat: hodieque fit è littoris Hispanici turribus contra piratarum ex Africa insultus. Postea tamen ab Ismaëliticis sive Muhammedanis recuperata fuit & possessa; donec circa A. H. 500. à Tarcredo, Boamundi nepote, capta per deditio[n]em fuerit.

Ibid. *أمونيا* lege *Amoria*, potius *Ammoria*, ut cum aliis Abu-lfeda. ] Is urbem esse inquit بلاد الرق Ditionis Romane, quo nomine Arabibus dicebatur tota fere Asia minor; seu peninsula illa, cuius Isthmus est tractus ille Tarsum & Amisum Ponti, Arab. شامسون *Sâmsûn* interjectus; & quidem magnam, castello præditam, intus munitam, quæ potiorem partem à Turcomanis, Turcarum scilicet gente, quæ cum Salginkidis, ex remotiori Oriente in illas partes venerat, habitata esset: fontes & flumen habuisse, hortos paucos: tum & grandem ibi domum existere, creditam Balkisiæ fuisse, ut populus est credulus, quæ conjux erat Salomonis fil. Davidis. Denique addit idem Abu-lfeda: وَهَيْنَكُرْ فِي الْقَارِبَيْنْ وَهِيَ الَّتِي

التي في لها المقصص، *Ejus mentio fit in annalibus; est que ea quam expugnavit Almotasam Chalifa, Almanonis frater. Hac de re locus amplius & illustris exstat apud Cedrenum, edit. Basil. pag. 434, qui refert Amira-lmoumenin seu Chalifam ira accensum ac vindictæ cupidum propter patriæ urbis Sozopetræ sive Zipatræ excidium, de qua pag.* egimus, simile quid in Amorium parasse, jussis militibus ut scuto quisque suo inscriberet Amorium. De patria Chalifæ historici Arabes nihil: sed hoc tantum referunt, eum fuisse motum querelis & lamentis Muslimiorum, & quidem, inquit Almacinus ad A. H. 223, foeminæ cujusdam, dum captiva abduceretur, opem implorantis hac exclamatio مقصص، hoc est, ut hiatus impleatur Latinæ versionis, *o vel hei Motásame!* Exercitus Chalifæ apud Tarsum convenit, inde in Phrygiam movit, ut Cedrenus; suum eo etiam adduxit Theophilus Imperator: quo victo & in fugam conjecto, Amorium partim obsidione & vi, partim proditione captum fuit, & urbs Orientalium pulcherrima, ut Cedr. loquitur, cæde, raptu, incendio excisa fuit. Unde gravi dolore ac indignatione concepta Theophilus haud multo post vitam finivit. Amorium vero Phrygiæ majoris civitas erat, nota Ptolemæo & Straboni, ita ut non potuerit condita esse, quod alibi Cedrenus tradit ab Imper. Zenone Isaurico; qui demum circa A. C. 470. cœperit regnare: refici, ampliari ab illo potuit & muniri, & quidem merente id ipsum situs opportunitate, quia inde regiones & urbes aliæ vicinæ & longius distitæ commode adiri possent: quod ipsum & Geogr. Nubiensis indicat hisce ver-

وَهُوَ دِيْنٌ عَمُورٌ وَرَصِيفٌ سَادِيرٌ الْبَلَادِ الْمُجَاوِرَةِ لِهِ  
الْمُقِمَاعَةُ: *Quin vetustius esse Amorium idem Scriptor innuit, cum dicat ab omni antiquitate ibi vixisse Judæos: quorum etiam consuetudine corrupti fuerint incolæ Christiani, ut qui didicissent Judaizare: quo nomine etiam male audivit Imp. Michaëlus Balbus, in urbe illa natus.* Neque illo primum anno Higzræ 223 Amorium in Arabum potestatem redactum fuit: sed jam ejusdem epochæ anno 52. ab iisdem fuerat subjugatum; quando à Chalifa Muavia missus Jezid filius, futurus successor, cum ingenti exercitu, transita per longum Asia minori, frustra tentasset Constantinopolim: quippe in Syriam rediens Amorium cepit, & militum 5000. præsidio munivit. At sequentis hyemis commoditate usus Imperatoris Constantis cubicularius nocte invasit urbem, & milites ad unum omnes occidione delevit. Super Ammoriæ latitudine variant Scriptores; cum Alfragano, qui climati quarto eam adjungit, Jacutus aliquique faciunt, tribuentes 38. grad. absque vel cum aliquot minutis: Climati quinto eandem subjicit Geogr. Nub. cum Ptol. qui grad. 40. cum quadrante assignat. Abu-lfeda autem ad clima VI. refert, licet non majorem, quam 43. grad. latitudinem alleget, cum tamen initium Climatorum sexti exigat gradus  $43\frac{1}{2}$ : ita ut, quod desit, sua videatur opinione Abulfeda supplevisse. Sed frequens plus satis in hisce occurrit Auctorum dissensio.

Lin. 4. [Laodicea] Arabibus pro suo effandi more *Ladikia*. Quatuor hoc nomine urbes Stephanus recenset: de quibus illa, quam Mediae esse inquit, nunc prætermissa, cum ad rem præsentem non faciat, reli-

reliquarum unam Syriae sive Coele Syriae adscribit, alteram Lycaoniæ, tertiam Phrygiæ. Quæ quidem omnès præsenti accommodari possent expositioni. Neque enim dubitandum de prima, utpote inter Tripolim & Antiochiam sita, Straboni Laodicea ad Libanum dicta, urbs maritima, amplo portu gaudens, ut Abulfeda refert, &c, uti Jacutus, ante se habens castellum جلاطنس quod est *Platanus* Antonini. Hæc à Laodice, Seleuci Nicatoris matre nomen accepit. Secunda Galatia est, & à Ptolemæo ac Strabone cognominatur καταπενηναρψη Combusta, procul dubio quia terræ motum cum erumpente igne conjunctum quondam fuerit perpeſsa: de quo genere ejusque causa egregie differit Strabo l. xii. circa finem. Quale quid etiam haud ita pridem, scil. anni hujus 1667. sexto Aprilis accidit antiquæ & celeberrimæ in Dalmatiæ littore civitati Ragusa, quæ creditur Ptolemæi esse Epidaurus, (nisi hæc Ragusa vetus sit, decem mill. ab hodierna ad austrum in littore diffita) Sclavonicæ linguae ibidem usitatæ vocabulo دوbro بنادق Dobro Benadic. i.e. bona sive pacata Venetie Turcis dicta, postquam pendendo quotannis tributo se submisit. Tertia Laodicea Phrygiæ seu Lyciæ est, quæ Laodicea (vicinæ gentes hanc Laudikia seu Lafdikia potius dicunt) super Lyco fluv. vocata, urbiumque ibi omnium olim maxima fuit, opus Antiochi fil. Stratonicæ, cuius uxor nomen Laodice erat, ut Stephanus tradit. Apud Ptolemæum latitudo Laodiceæ primæ definitur grad. 33, min. 45; secundæ grad. 39, min. 40; tertiaræ grad. 38, min. 40. Juxta quam Ptolemæi mensuram consisteret Laodicea quidem prima paululum infra climatis

hujus quarti initium, secunda vero nonnihil supra,  
 denique tertia ejusdem intra climatis terminos iultos.  
 At cum in quibusdam aliis locis non tam exacta ob-  
 servetur mensuræ ratio, vix video quare duarum ur-  
 bium dictarum alterutra hinc sit excludenda: quin  
 secundam, quæ videatur maxime discrepare, non  
 æque esse septentrionalem atque est tertia, itinerum  
 experimenta docent. Existimo tamen ab Alfragano  
 hic designari non quidem eas omnes; sed peculiariter  
 unam, quæ tunc temporis apud Muslimicos cognita,  
 ipsi in propositæ recensionis serie occurreret. Inde  
 autem, hoc est, ubi jam versatur Alfraganus, longius  
 remotæ videntur & Laodicea prima & tertia, proxi-  
 maque esse secunda. Nam ex Geographo Nubiensi,  
 ubi Clim. V. parte V. viam describit, qua Amorio  
 petenda sit ادطالیة Anthalia i. e. Attalia veterum, in  
 mediterranei maris littore locata, manifestum est ab  
 Amorio ad لادیقیة Laodiceam esse quatridui iter, & à  
 Laodicea ad گونیه Coniam, id est, Iconium, quæ Lycaon-  
 ia est metropolis, iter diei unius; Iconium vero A-  
 dana distat itinere duorum. Ita me quoque processi-  
 se memini ab urbe Adana ad ارقلہ Aregla, ut nunc  
 efferunt, i. e. Heracleam, itinere d. 1. hinc ad  
 Coniam spacio æquali, similiterque hinc ad لادیک La-  
 dik, prout Ladikia, Laodiceam illam hodie Turcæ ap-  
 pellant, terminationem ultimam, uti & alias faciunt,  
 resecantes. Nunc tantum pagus sive vicus est cum  
 publico diversorio & xenodochio suo, qualia illis  
 خان Chân & عمارت Imaret vocantur: in propin-  
 quo urbis quondam insignis ruinæ & rudera spectan-  
 tur. Sunt etiam notæ ibidem thermæ, quæ opinio-  
 nem

nem confirming de antiqua, quæ hic olim fuerit, terræ subversione combustioni juncta. Evidem merito hæc pro Laodicea Lycaoniae censeri debeat, quæ ejusdem provinciæ metropoli tam sit propinquæ: neque enim alia existit illic, quæ eodem nomine nuncupatur. Hic medium quasi viæ est, quæ Halebo per Ciliciæ partes Constantinopolim dicit. Quæ tamen in Alfragano sequuntur: *deinde Maris mediterranei sive Syriaci insulas, Cyprum & Rhodum transit*: haud minus facile persuaserint, Laodiceam Syriæ hic intelligi, atque paulo ante ex præcedenti nomine *Amorium*, conjecturam fecimus de Laodicea Galatiæ sive Combusata.

Ibid. *Maris mediterranei*] proprio *Syriaci*: à Syriâ scilicet petitum hoc nomen tam amplio significatu apud Arabes obtinuit, etiam Jacuti ætate; quia ex hac regione primum adiissent hoc mare atque cognovissent. Postquam deinde frequentatæ quoque sunt vel direptæ Romanorum sive Romæorum ditiones proprio dictæ, mare mediterraneum etiam *Mare Romanum sive Romaum* dici cœpit, uti & Abulfedæ tempore vocatum fuit. Præterea tam hæc, quam illa regio magnam valde maris mediterranei partem, pro se quæque, subcingit terminaque. Alioquin sicuti peculiares maris ejusdem partes à terris, quas allidunt, nomina accepere peculiaria apud Græcos & Latinos; ita & hodieque sit apud Arabes & Turcas. Sic & hoc loco mare Syriacum particulariter intelligi potest, ad quod dux sequentes insulæ, Cyprus & Rhodus, à quibusdam ex æquo referuntur, scribentibus etiam Rhodum esse *نَجْوَرُ الشَّامِ* *وَدَلِيلِ* *mitaneis Syria presidiis.*

P p 3

Ibid.

Ibid. قبرس & per ص ult. *Cyprus*] *Kubrus* pronunciant Arabes, & nunc Turcæ plerique *Kibris*. In Maris mediterranei exteriori sive extremo recessu insula magna est, ortum inter & occasum longius se exporrigens; parte occidentali, quæ latior, paulum declinante in austrum. Eam Pamphiliae, Ciliciae, Syriae & Ægypti littora præcingunt: ab insula Creta, Arabibus à Græco nomine Κρήτη seu Κρήτης, pro eorum & sua elocutione, اقریطش & اقریت اقریت & *Ikrīs* & *Ikrītis* dicta, in ortum dissita milliaribus 500. sub eodem fere 35. grad. parallelo; nisi quod potiore sui parte magis vergat in austrum. Longitudini quidem ejus tribuit Abulfeda milliaria ducenta (magis exakte alii 225) latitudini autem milliaria sexaginta. Estque illi, ut idem subjicit ن دب رقف في شرقها cauda tenuis in Orientali sua parte ad septentrionem, in qua promontorium, quod hodie S. Andreæ vocatur, olim Carprium, aut Clides extrema Ptolemæi dictum, respiciens sinus Issici interiora, ubi urbs Ajas sive Issus exstat. Inde, aut è propinquo Aphrodisio, inquit Ibn Saïd الی الکرک من بلاد الارمن دصف مجري ad *Curc* seu *Curic* de regione Armenorum (quo nomine dictam fuisse illo tempore Ciliciam monui) *dimidium cursus*, id est, *dimidia diei navigatio*: Neque dubium videtur, quin Curc extrema Armenorum urbs, ut in marium descriptione testatur Abulf. sit *Corycus* veterum. Insulæ totius circuitus in libro بحرية العجائب & in Geogr. Nub. statuitur dierum sedecim iter; stadia numerat Strabo libr. xiv, si etiam sinus intrentur, 2420; Thomas Cacchius ex recentiorum fide millaria paulo amplius 600: quæ omnes sat bene inter se

con-

congruunt mensuræ. Sed cum notissima hæc sit insula, & à duobus proximè laudatis auctoribus accurate descripta, ab Anton. uti & Magino posteriorem secuto, pauca duntaxat ab Arabibus & Turcis accepta hic apponam, simul & exponam. Illi quinque tantum, quod sciam, memorant ejus urbes, novis fere omnes nominibus insignitas: Plin.lib.v. cap. 31. quindecim recenset. Ita apud Geogr. Nub.clim.IV. parte V. hæ tres occurunt, كربنیا Kerebnia seu Kerabnia, لفکوسیا Lefkosia seu Liskosia, & الئینمیسون Elinmeson, seu potius, quia videtur redundare Alif, Linmison: quarum prima, in septentrione situm habens, est veterum Ceraunia, permutari facile solitis B, F, & V. litteris; hodie Cerines dicitur: secunda, in penitiori insulæ parte, eadem, quæ recentioribus Gracis & Ital. Nicosa & Licosia est, metropolis antehac sede regia & Archiepiscopali præ cæteris eminens, prioribus ævis λατεῖν vocata: tertia denique in australi insulæ parte existens, non alia est, quam quæ hodieque Limisso & Limissol nomen habet; istic loci sita, ubi Ptolemæi Amathus fuit, quam totius Insulæ esse antiquissimam Stephanus scribit. Alibi etiam duæ aliæ celebrantur, quarum una in occasu insulæ est, altera in ortu: illa quidem بادا seu بادا Bafa nominatur, nautis Baffa & Baffo, quæ Taphus veterum, nova scilicet, fuit enim illis & antiqua, uti ex Ptolemaeo & aliis liquet: altera in ortu sita est, nomine مانکوسا Mankousa, quæ, pro annalium indiciis ipsa est præcedentibus & præsenti sæculo nominata Famagusta: (quasi Fama Augusti) unde per aphæresin illud مانگوسا seu Mangusa nomen (nam & K Arabibus aliis-

aliisque s<sup>e</sup>pe ut G effertur) prorsus effectum videtur, ut ita contrarium quid ac Famagusta Arabice notaret. In hanc ex Antiochia, Laodicea, Tripoli & vicinis Syriæ locis sit in Cyprum trajectus, ita uti quondam in urbem Salamina, quæ & Constantia vocata, unde forte Famagustæ nomen, fieri solebat. Est quippe ibi portus commodissimus, & quidem hodie insulae totius unicus; quanquam & tria reliqua oppida, ante dicta, ad septentrionem, occasum, & austrum in littore extantia, tutam quodque præbeant navibus stationem: minus recte Famagusta hæc quibusdam creditur esse Ptolemai Tamassus, quippe quam ipse tradat mediterraneam esse. Inter Famagustam & Limissō occurrit *مَلُوْحَةٌ* *melouha*, *salinarum locus*, sua etiam navium statione præditus; ab utroque illo ad austrum loco frequens etiam sit in Syriam transvectio: non tam vero oppidum quam exiguis vicus est prope quem salinæ sunt. Quemadmodum hic salis purissimi copia colligitur; ita aliis in locis uberrimus est frumenti, leguminum, fructuum, olerum, olei, vini, gossipii, esset &c, si vellent, qui olim fuit, facchari, proventus: metallorum insuper, & diversarum specierum eo pertinentium, (ut ex Diosc. libr. v. constat) divites venæ. Earum rerum quidlibet fere, laudandæ præstantiæ ergo, Cyprium denominatur. Quin hoc nomine aviculæ, nempe Cypræ, aceto conditæ, ut rarum quid & singulare, exportantur in Italiam, & alio ad delicias mensarum. Id genus *تَيَّانَةٌ* *Tyâna* dicitur, à fico, uti Latinis *Ficedula*, Græcis *συκαλίδες*, & Italisch Beccafigi: nam in fucus & uvas turmatim involant; ita quoque capiuntur illo saginatæ exquisito stu.

stu. Cyprus planta à Diosc. libr. 1. cap. 124. descripta, Arabibus حناء *Hinná*, vulgo cum Articulo *Al-hanna* dicta, cuius expertuntur, ob suaveolentiam quidem, candidi & muscosi flores, folia autem ad tingen-dos colore fulvo capillos, & rubeo ungues, quem monrem gratiae & ornatui deputant mulieres Orientis, in hac insula ita vegeta assurgit, sicut de Ascalone Syriæ & Canopo Ægypti prædicat Diosc. utque hodie Berryti in Palaestina, & بلبيس *Bilbeisi* i.e. Bybli in Ægypto spectatur, ut Stephanus existimarit, ipsam ab hac Cypro herba Insulam idem suum accepisse nomen: at vero similius videatur forte contrarium esse. Cæterum in plures insula hæc quondam ditiones divisa fuit, quarum sua quæque urbs peculiarem habuerit tyrannum, ut Strabo inquit, sive regulum Satrapame; quam sicut illis eripuit Ptolemæus Lagus, primus Macedonum Ægypti Dominus; ita Ptolemæo ultimo, Cleopatræ patruo, ademerunt Romani. Ab hisce ad Imperatores Constantinopolitanos devoluta, ab Arabibus haud semel occupata fuit; sicuti A.H. 26 à Muavia, Syriæ tunc præfecto, qui post Chalifa evasit, instructa, ut Græci scribunt, 1700 navium classe, & A. H. 290 auspiciis Raxidi Chalifa: sed recuperata semper à Græcis, & ab iis servata fuit. Qui autem in eam ab Imperatoribus missi erant præfecti, paulatim suo dominio, ducum nomina vindicaverunt, donec post captam à Saladino Hierosolymam, Richardus Britanniae Rex exercitum in terram sanctam dicens, ob acceptam ab Isaaco Commeno Cypri duce injuriam A.C. 1180 insulam suo imperio subjecit. Is post captam à se Ptolemaida Cypri regiam Templariis vendi-

venditam, & ob eorum vitia retractam, Guidonio Lusignano Ierosolymæ Regi, facta titulorum commutatione concessit. E cujus familia tandem per affinitatem cum Marci Cornari patricii Veneti familia contractam, in Reip. Venetæ potestatem venit A. C. 1489. At annis uno & nonaginta post, id est, A. H. 978. missus à Selimo II. Turcarum Rege Cara Mustafa Vezirus cum potentissimo exercitu, quem ex Ciliçiæ & Syriae vicinis partibus transvexit, insulam invasit, regiamque urbem Nicosiam, quam Turcæ لفقوش & لوكوش *Lefkouxa* & *Lenkouxa* in suis scriptis nuncupant, 45 dierum spacio expugnat; captisque aliis locis & castellis Famagustam præ cæteris omnibus maxime munitam aggressus post plurimum mensium (18 inde ab initio numerant Turcæ) obsidionem, & urbe hac & tota insula potitus fuit. Promissa quidem incolis à Veziro salute dedita fuit, sed longæ obsidionis molestiis irritati milites, ut causabantur, quoscumque prehendere poterant, internecione ferociter atque injussimè mulctarunt.

**INDEX**



# INDEX TERVM & VERBORVM in Notas super ALFERGANVM.

<b>A</b> ster tractus Arabia.	35. 226. Pyreum Aderbigiana. 227
pag. 84	
<i>Aba</i> mons      246	Aden oppidum maritimum celeberr.
<i>Abbadan</i> , arx Basren-	dictum Arabia & felix. item no-
<i>sis</i> , ad Tigrim. 94.	men filii Sabe. fil. Abraham. 83.
118.	nomen Paradisi.      ibidem.
<i>Abbasiopolis</i> Tebriziorum, civitas	Ægypti nomen.      44
Parthia.      217	Ægyptiorum menses Diis cognomines.
<i>Abi</i> Kuren fluvius.      218	42.
<i>Aborra</i> , <i>Abora</i> , <i>Chabora</i> (& as) flu-	<i>Aer</i> insalubris.      272
vius. 243. 244. 255. ejus fontes ad	<i>Æra</i> vox unde.      53
300 quatuor celeberrimi.      243	<i>Æra</i> lezdagirdica. 48. Martyrum, 60.
<i>Abulla</i> amnis, & <i>Obulla</i> .      120. 121	<i>Periarum</i> , 56. Vide Epochæ.
<i>Abulpharajius</i> seu <i>Abulsergius</i> ,	<i>Ethiopia</i> duplex.      89
Gregor. <i>Medicus</i> .      268	<i>Africa</i> . 91. 105. ejus etymon.      161
<i>Acabene</i> provincia Mesopotamia, an	<i>Ahmed</i> Astronomus.      71
eadem cum <i>Accad</i> .      237	<i>Ahvâza</i> , tractus <i>Susiana</i> , ejusque
<i>Acacia</i> , <i>Accaron</i> , <i>Acra</i> , urbs mariti-	Metropolis, qua & Forum <i>Ahva-</i>
ma.      131. 132	26.      118
<i>Accad</i> . vide <i>Acabene</i> .	<i>Ajás</i> , oppidum <i>Syria</i> , veterum <i>Iffus</i> .
<i>Achisket</i> oppidum <i>Fergana</i> .      168. 169	272. 280.
<i>Adana</i> , <i>Adena</i> , urbs <i>Cilicia</i> . 291. 280	<i>Aidab</i> portus ex adverso <i>Mecca</i> . 100.
<i>Adarbigian</i> , <i>Aderbigiana</i> , provincia.	145.
	<i>Ain Xems</i> , <i>Heliopolis</i> .      157
	<i>Ainstab</i> , <i>Antab</i> , oppidum <i>Syria</i> .      273
	<i>Ain-</i>

## I N D E X.

<i>Ain-zarba, Anazarbus oppidum Syriae.</i>	280	<i>Almansora diversarum urbium non men.</i>	93
<i>Air mons.</i>	97	<i>Almeimâs fluvius (Orontes)</i>	282
<i>Alaamk latus Antiochiae.</i>	281	<i>Almucattem mons.</i>	102
<i>Alapia, Aleppo. vide Halebum.</i>		<i>Aluvend mons Parthia.</i>	220
<i>Alâs fons fluviis Aboorra.</i>	243	<i>Amanus mons. 267, 268, 282. vide Al-</i>	
<i>Albategnius, Albettanius.</i>	252	<i>locam.</i>	
<i>Albeted urbs, eadem qua Nefef; Regi; Mervaruda.</i>	236	<i>Amanica pyla.</i>	267
<i>Albirûn Alnirûn, Sindia oppidum.</i>	93, 94.	<i>Amafius mons.</i>	267
<i>Alcaira, Cahira, urbs Ægypti maximæ 101, unde nomen 155. alias Fustata dicta.</i>	ibid.	<i>Amathus urbs Cypri.</i>	303
<i>Alexander M. bicornis.</i>	58	<i>Amid, Amida, Amido, corrupte E-</i>	
<i>Alexandria, hujus nominis urbes octodecim.</i>	110	<i>med, Mesopotamia urbi. 233, 239.</i>	
<i>Alexandria civitas triplex, Ægypti metropolis ab Amro expugnata &amp; vastata.</i>	260	<i>scqq. non eadem cum Ammaea, potius cum Doberita Ptol.</i>	242
<i>Alexandria Syria, dicitur Scandernana, Scala Alexandrina, Alexandretta.</i>	271	<i>Amol fluvius.</i>	194, 196
<i>Alferganus (auctor noster) ob doctrinam celebris. 1, 2. ejus patria Fer- gana, eruditorum ferax urbs. 1 ejus atas, alia scripta.</i>	1, 2	<i>Amol Taberistana interioris metropoli.</i>	194
<i>Alferganus Norimberga editus ante centum annos.</i>	67	<i>Amol alia ad Oxum.</i>	195, 181
<i>Algebra nomen.</i>	11	<i>Amonia, Amoria, Ammoria urbs Asia minoris.</i>	296
<i>Algizira, Mesopotamie pars.</i>	233	<i>Amouvia (reclius quam Ommavia)</i>	
<i>Alhagiar. vide Hagiar.</i>		<i>Hircania urbi ad Oxum fluviium.</i>	
<i>Alhummo, Ain Alhummi navale oppidum Taberistana.</i>	194	181, 182. ead. <i>Amol.</i>	
<i>Alius martyris Caba.</i>	123	<i>Anachoreta.</i>	287
<i>Alkenisa, vide Kenisa.</i>		<i>Anazarbus. vide Ain-zarba.</i>	
<i>Alkin municipium.</i>	84	<i>Anbâr Iraca urbs.</i>	224
<i>Allocam mons, id est, Amanus.</i>	271	<i>Andugân. vid. Fergâna.</i>	
<i>281.</i>		<i>Annus ab Arabibus in partes sex di-</i>	
<i>Almanach strenam norat.</i>	22	<i>stinctus.</i>	5, 6
<i>Almamon, regni Arabici Imperator.</i>		<i>Annus lunaris &amp; Solaris coequatio.</i>	12
<i>Astronomia instaurator.</i>	66	<i>Annus lunarem observant Arabes,</i>	
<i>Almansor,</i>	214	<i>cateri populi solarem.</i>	3
		<i>Annus Persici forma.</i>	27. scqq.
		<i>Annus Julianus olim vitio laborabat.</i>	
		<i>51.</i>	
		<i>Annus Ægyptiorum civilis duplex.</i>	
		<i>46, 47.</i>	
		<i>Annus Ægyptii &amp; Persici consensus.</i>	
		<i>47, 48.</i>	
		<i>Annus Ægyptii principium cur in 29.</i>	
		<i>Augusti defixum.</i>	49
		<i>Annus intercalaris forma tardius ab</i>	
		<i>Ægyptius admissa.</i>	47
		<i>Annus</i>	

R E R U M & V E R B O R U M.

<i>Annum Ægyptiorum Hermes resor-</i>		
<i>mavit.</i>	45	
<i>Annorum supplementa.</i>	11. 12	
<i>Anni auspicium dicitur Persis novus</i>		
<i>dies, sicutque sex dierum solennitas.</i>		
21.		
<i>Anni initium Regibus solenne.</i>	5	
<i>Anni novi ritus ap. Pers.</i>	22. 23	
<i>Anni caput Cerdus, Sabis, Chaldaeis,</i>		
<i>Syris, Iacobitis, Nestorianis, Christianis.</i>		
19. Ægyptiis.	49	
<i>Anni caput aquinoctilio verno adstrig-</i>		
<i>atum.</i>	33	
<i>Ansina oppidum Thebaidos.</i>	103	
<i>Anthákia, id est, Antiochia, multa</i>		
<i>boc nomine urbes. Syria super O-</i>		
<i>ronte.</i>	278. scqq.	
<i>Antiochia, dicitur Tetrapolis, etiam</i>		
<i>Seleucis.</i>	279	
<i>Antiochia quadriurbis, quadricam-</i>		
<i>pis.</i>	280. Reliquia ibi templi, ubi	
<i>Ap. Paulus predicaverit,</i>	280. 281	
<i>Anthalia, id est, Attalia urbs mariti-</i>		
<i>ma.</i>	300	
<i>Antilibanus, mons, Xouf dictus.</i>	289	
<i>Antilithum veneratio.</i>	232	
<i>Apamia, civitas Antiochena.</i>	279	
<i>Aqua insalubris correlio.</i>	208	
<i>Aqua exundatio.</i>	273	
<i>Arabón oppidum Raſtarum.</i>	244	
<i>Arabes ascitissi, genuini.</i>	3	
<i>Arabes veri &amp; metri.</i>	85. 86	
<i>Arabum religio Muhammedica.</i>	3	
<i>Arabia in quinque regiones divisa; le-</i>		
<i>men, Higjás, Tehamam, Negid &amp;</i>		
<i>Iemamam seu Aarud.</i>	79	
<i>Aracca. &amp;c. vid. Racca.</i>		
<i>Aram Soba. vid. Halebum.</i>		
<i>Arasat mons.</i>	99	
<i>Ararat, sive Majus, mons.</i>	200. 237	
<i>Araxis fluvius.</i>	113	
<i>Araxis &amp; Euphratii fontes.</i>	246	
<i>Arbela. vid. Iribil.</i>		
<i>Aria eadem que Hera</i>	180	
<i>Aries fluvius.</i>	111	
<i>Aries fluvius.</i>	180	
<i>Armenorum regio.</i>	291	
<i>Arras fluvius, id est, Araxis.</i>	245	
<i>Arregiân, Argiân, pars Susiana.</i>	118	
<i>Arsaica. vid. Cazvin.</i>		
<i>Aruf. vid. Orsf.</i>		
<i>Arud tractus Arabia. 95. 79. vid. Ic-</i>		
<i>mâma.</i>		
<i>Arx cereorum.</i>	152	
<i>Arzen, Arzeroum, Arzroum, urbs</i>		
<i>Armenia, an eadem cum Calicala.</i>		
246. 248.		
<i>Ascalone, Pa'astina oppidum.</i>	141	
<i>Aſfat castellum.</i>	86	
<i>Aſehân &amp;c. vide Ischâñ.</i>		
<i>Asiatica tempe.</i>	120. 121	
<i>Aſna oppidum ad Nili partes, lauda-</i>		
<i>tum ob palmetta, vineas, arva, bal-</i>		
<i>nea, mercatus.</i>	103	
<i>Aſpa Parthia urbs.</i>	215	
<i>Aſpetîra, Aspitra, fluvius, &amp; oppi-</i>		
<i>dum.</i>	77	
<i>Aſſa foetida ubi provenit, pro condi-</i>		
<i>mento adhibetur.</i>	112	
<i>Aſſur vide Atur.</i>		
<i>Aſtracanum Russia urbs.</i>	209	
<i>Aſtrolologia prædictio.</i>	253	
<i>Aſtronomia instauratio.</i>	66	
<i>Aſvan, &amp; Vſvan, urbs ad Nilum</i>		
<i>emporetica, palmarum ferax, ea-</i>		
<i>dem cum Syene.</i>	104. 105	
<i>Atargeta Dea cultus.</i>	262	
<i>Athletas Persa antiquos suos Heroas</i>		
<i>vocant.</i>	279	
<i>Attalia, vide Anthalia.</i>		
<i>Atur, seu Aſſur oppidum.</i>	235	
<i>Avicenna Medicus, ejus plura opera,</i>		
<i>quam anni vita.</i>	177	
<i>Auranitis provincia.</i>	133	
<i>Auri vena.</i>	192	

## INDEX

B.

<b>B</b> abylon <i>Egyptia</i> , vid. Fustata.	
<b>B</b> abylonia dicitur Irâca Persa- rum.	119
Bacca Zelem.	228
Bâtra urbs eadem videtur qua Bal- chum.	175
Bactriana regio.	176. 121
Bactrus fluvius.	175
Badachxân, Batachxân oppidum & provincia.	176
Bafa, Baffa, Basso, urbs Cypri, vete- rum Paphus.	303
Bagdad, Bagdâdum, urbs Islamica. Irâca metropolis. 121. confunditur cum Babylone. 123. urbs imperia- lis.	214
Bagrâs, Pagra, oppidum Syria.	272
Bahat fluvius.	107. 108
Bahrein regio maritima, insula, & urbs.	96
Bajâs, Pajâs, oppidum Syria.	272
Bakao, campus Mausili.	235
Balachxân, vide Badachxân.	
Balausium, hyacinthi sive rubini ge- nus, ubi eruitur.	176
Baleech fluvius.	254
Balchum, Cherosana metropolis, vi- detur esse Bactra veterum.	175
Balis. Syria oppidulum.	259
Balkisia conjux Salomonis Regis.	296
Bambyca, Bambyx, id est, Hierapolis.	261. 276.
Barbari seu exteri.	2
Barbarorum nomen generale & spe- ciale, unde ortum.	91. 92
Barbarorum tribus quinque.	92
Barbaria.	92
Basilica Cazbiniana.	203
Basilica Persepolitanæ excidium.	113
Basilinpha fluvius, idem qui Nym- phaus.	240
Basra emporium sinus Persici 94. urbs	
Irâca, dicta Irâca Persarum. 119. 120	
Bauvanitarum rivus.	120
Becca, vid. Mecca.	
Beer, Mesopotamia pars.	233
Bedendour rivus.	253
Bedendum pagus Cilicia.	295
Begia vel Buggia, ethiopes.	89
Begler beg dicitur Prator Mesopota- mia.	241
Beirut, id est, Berytus urbs Phœnicie.	289
Béleda, Beled, Belath, Mesopotamia oppidulum. 235. aliud.	236
Bendarim fluvius.	113
Bene precandi formula in Alcorano.	
98.	
Berkaid oppidum Mesopotamia.	235
Berea sive Berrhœa, civitas Syria, alia Macedonia. 275. vid. Hale- bum.	
Besa, vid. Phesa.	
Bettân, Bittân, tractus ditionis Har- rân.	252
Bir, Birfîria, Mesopotamia castellum.	
249.	
Bistâm, Bestâm oppidum Comisena.	
192.	
Bochâra, vid. Buchâra.	
